



$12.75 June
1965
Willems.
45th cat
Cat.
Uchevilloz

# ANASTASIS CHILDERICI I. FRANCORVM REGIS,

SIVE

# THESAVRVS SEPVLCHRALIS


Tornaci Neruiorum effossus, & Commentario illustratus.

AVCTORE

IOANNE IACOBO CHIFLETIO, Equite, Regio Archiatrorum Comite, & Archiducali Medico primario.

Comp. Bodmann 1798.

N.B. omnia in hoc volumine contenta, rarissimis accensentur.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. LV.

1655

SEREN^MO ARCHIDVCI
# LEOPOLDO GVILIELMO,
AVSTRIACO, BVRGVNDICO, BELGARVM, SEQVANORVMQVE PROREGI:
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

PAtere, SACRATISSIME PRINCEPS, identidem comparari SERENITATEM TVAM cum optimo & Djs simillimo Principe TRAIANO, quem adeò Plinius secundus DEORVM MVNVS appellauit. Is ALEXANDRO MAGNO, in ipsis ædibus in quibus mortem obierat, parentauit. HADRIANVS, eius in

Paneg. Traiani.

Dion apud Xyphilin. in Traiano.

In Hadriano. Imperio ſucceſſor, cùm in Ægyptum veniſſet, eâdem religione ductus, Pompeio itidem Magno iuſta perſoluit, cum lugubri hoc effato:

*Τῷ ναοῖς βρίθοντι πάσι, σπάνις ἔπλετο τύμβου·*

*Tot Deus in templis, tumulo quantillus in iſto eſt!*

ſepulchrúmque eius penè collapſum reſtituit. Maiori dignatione, & memorando caſu, Childericus I. Francorum Rex, tot ſæculis interlabentibus, è mortuali ſolio exilijt ad conſpectum Tui, cuius (vt Orat. 1. olim Conſtantij Cæſaris, teſte Iuliano) *Maiores, & Aui, & Parentes, & Fratres, & Patrueles, & Cognati*, Reges *&* Imperatores *omnes fuerunt*. Ac ſi, monente Themiſtio, tam verum eſt quàm Orat. 2. ad Valēt. Iuniorē.

quod

quod veriſſimum, *Non eoſdem priuatis hominibus & Principibus* SERMONES & LIBROS *accommodatos atque idoneos eſſe: ſed nimirum, vt amictus, ædes, equi, currus, ac miniſtri, ceteraq́ꝫ, quæ ad cultum pertinent corporis, ornatiora illis, quàm ſibi ſubiectis, & ſplendidiora ſunt: ita* DISCIPLINAS *ac* LIBROS *non communes ijſdem, ac vulgares attribui, ſed* PROPRIOS *ac* PRÆCIPVOS *oportere*. Ne alterum deſit, vtrumque SERENITATI TVÆ ſiſto, Librum argumento Regium, Theſaurum, Regem ipſum, quem toga & arma circumſtant; inſtrumenta belli, ornamenta pacis; Annulus ſigna-

torius; Graphiarium; Pugillares; Gladius; Securis; Framea; Equus bellator, eiúſque inſtructus; Aurum Argentúmque ſignatum; Regis Idolum miræ ſuperſtitionis; Apum aurearum ſymbola, incompertæ ſignificationis hactenus; ſacra profanáque CIMELIA, nec Græca illa, aut Romana, quorum pridem eruditos ſatietas tenet; ſed BELGICA, FRANCICA, REGIA denique, & NOVANTIQVA omnia: quæ auidis auribus expetita, voluiſti non tantùm Tuis, ſed & omnium vſurpari luminibus, atque opere cælato exprimi; probè conſcius, *nullum eſſe* MAGNO PRINCIPE, *immortalitatemq́ merituro, impendij genus dignius,*

Plin. in Paneg. Traiani.

*gnius, quàm quod erogatur in posteros.* Quin immò, saluâ MAGNITVDINE TVA, descendisti ad meas curas, cùm mihi ius dedisti referendi ad TE, de quibus dubitabam; cùm singula libri capita, priusquam typis mandarentur, recensuisti studiosè, Tuóque calculo comprobasti. Et verò etiam priuatim AVGVSTISSIMÆ TVÆ GENTIS intererat, penitiùs agnosci REGEM PROGENITOREM, à TE potissimùm serâ & verâ eius stirpe. Magnus enim Imperator CAROLVS à CHILDERICO Rege nostro ducebat ortum per BLITILDEM, Clotarij primi Regis filiam, Clodouei primi neptem, Childerici primi proneptem. REGES

autem

autem, & IMPERATORES AVSTRIACI, Maiores Tui, à MAGNO CAROLO, ductu multiplici, lineam generationis trahunt cum prærogatiuâ natalium præ Capetianis Regibus: ſic vt primaria Francorum gloria ad Auguſtiſſimam Gentem Tuam iure ſanguinis tota pertineat; quemadmodum aliàs clarè demonſtraui. Hoc verò ipſemet CHILDERICVS honori duxiſſe, hoc in votis habuiſſe videri poſſet, qui ſtatim retectus, illicò ſe in oculos SVI NEPOTIS gratulabundus ingeſſit. Magnorum Imperatorum, Regum, Gentium ſedes, ipſáque ſeptem Orbis miracula, vbi terrarum fuerint ignoratur. Vbi primi Francorum Reges Ethni-

ci,

ci, PHARAMVNDVS, CLODIO, & MEROVEVS conditi iaceant, adhuc quæritur: quartus, CHILDERICVS, magno TVÆ FELICITATIS augurio, tandem prodijt in apertam lucem, eâ Belgarum regione, quam obliquis meatibus SCALDIS interfluit; quámque Tuis expeditionibus PHILIPPO IV. Regi maximo magnâ ex parte vindicasti. Ille siquidem Imperium Tibi dedit; Tu illi asserüisti. Communicatâ Maiestate sollicitior Tu TIMORE DOMINI; ille securior factus est: vterque optimus, dignúsque alter eligi, alter eligere. Sic vtriusque beneficio viuimus: sic Tuo viuit CHILDERICVS, —*expersq́; sepulchri*

*Notitiã seræ posteritatis habet.* Ouid. lib. 4. de Ponto, El. 8.

** Ita

Liuius lib. 38.

Ita olim SCIPIONIS MAGNI monumentum tempestate disiectum est, cuius virtus immortali genio litterarum viuit etiam, viuétque. Sed finio maiore voto, & verbis Achmetis Medici Arabis ex Ægyptiorum

In Oneirocriticis cap. 7.

disciplinâ: *Si quis in somnis* SVSCITATIONEM MORTVORVM *videre visus fuerit, ea res vinctorum liberationem, &* BELLORVM FINEM *significat*. Quantò magis dum non per somnum, non aliquo noctis ludibrio, sed adultâ luce, maiorum nostrorum ANTIQVISSIMVM REGEM quodammodò ab inferis reuocatum videre datum est; dum auro gemmísque fulgentem oculis vsurpare, contrectare manibus?

bus? O ANASTASIM publicæ tranquillitatis, si eo prodeunte alma PAX resurgat! si cessent *furiæ animi, discordiæ, & quidquid non licet* SACERDOTIBVS PACIS! Hoc si terris exoratum Numen dabit, Tertul. de Spect. cap. 16.

*—mirabere seris* Prudent. l. 2. cõtra Symm.
POSTERITAS *sæclis inhumata cadauera latè,*
*Quæ Europæos texerunt ossibus agros.*

Scripsi & voui Bruxellæ, ipso die anniuersario inuentionis thesauri Childericiani, XXVII. Maij. M. DC. LIV.

IOAN. IAC. CHIFLETIVS.

# ELENCHVS CAPITVM.


CAPVT I.



Eſtibulum operis, Tabella vetus iconica antiquorum Franciæ Regum. pag. 1.

CAPVT II.

*Hiſtoria reperti Theſauri ſepulchralis* CHILDERICI I. *Francorum Regis.* 36

CAPVT III.

*Cimeliorum ſepulchralium ac Theſauri mortualis Exempla aliquot in Illuſtribus.* 50

CAPVT IV.

*Vita* CHILDERICI I. *Francorum Regis compendio expreſſa.* 61

CAPVT V.

CHILDERICVS *Rex ſepultus eſt Tornaci in Neruijs, ritu Barbarico. Iuſtæ fuit & elegantis ſtaturæ: iacuit ad viam militarem.* 76

CAPVT VI.

*Veterum more, quo defunctos pretioſis veſtibus exornatos efferebant, apud Francos etiam vſurpato, ſepultum* CHILDERICVM, *docent aurea filamenta Tunicæ & Chlamydis ipſius Regis.* 89

CAPVT VII.

*Annuli aurei duo Regis* CHILDERICI, *Signatorius, Alithus, itemque alter Apirus, Romanis & Francicis exemplis illuſtrati.* 97


CAPVT

CAPVT VIII.
WIOMADVS, CHILDERICI *Regis amicus, fuit Custos eius Annuli signatorij. Vbi de Annulorum traditione, detractione, sepulturâ, fractione.* 117
CAPVT IX.
*Summus Cancellarius erat Custos Annuli, siue Sigilli Regij, sub secundâ Regum stirpe. Tabella vetus Pauli Petauij de Cancellis Caroli Magni explicata.* 129
CAPVT X.
*Bubulum caput aureum: Apis, Ægyptiorum Deus, collatus cum Francico* CHILDERICI *Regis Idolo.* 140
CAPVT XI.
*Apum ex Api, seu boue, certa generatio.* CHILDERICI *Regis mens explicata.* 155
CAPVT XII.
*Francica Symbola Regum vetustioris æui non fuerunt Bufones, non Lunulæ, non Diademata, non Lilia, non Irides, non Spei Tesseræ, non Hastarum spicula; sed Apes aureæ.* 164
CAPVT XIII.
*Graphiarium aureum* CHILDERICI *Regis. Scitu digna de Grafionibus. Eiusdem Regis Pugillares, auro gemmisque ornati.* 181
CAPVT XIV.
*Arma* CHILDERICI *Regis in eius conditorio reperta, Gladius cum Baltheo, Securis, Framea.* 196
CAPVT XV.
*Equus bellator, Bucephalus phaleratus,* CHILDERICO *Regi consepultus, defosso etiam Equisone.* 219
CAPVT XVI.
*Fibulæ aureæ & gemmatæ, Acus aurea, Aurum obryzum, nobiles Gemmæ, Globus crystallinus.* 232

CAPVT XVII.
*Aurea Numiſmata è ſepulchro* CHILDERICI *Regis, certi characteres illum eius nominis Regem primum fuiſſe.* 246

CAPVT XVIII.
*Reperti in eodem conditorio Nummi argentei plures; ex quibus quatuor ſunt perforati. Præmittuntur notatu digna de Amuletis.* 265

CAPVT XIX.
*Medalliones argentei ſemunciales ex Theſauro Treuirenſi.* 284

CAPVT XX.
TORNACVM *meritò* CIVITAS REGALIS *dictum, Regum habitatione, ſepulturâ, munificentiâque illuſtre.* 299

CAPVT XXI.
*Vindicatur Epocha Præcepti Regis Chilperici pro Eccleſiâ Tornacenſi.* 311

CAPVT XXII. ET VLTIMVM.
*Appendix ad vndecimum & duodecimum, de Apibus Childericianis.* 321



SVMMA

# SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS IV. Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, & Potentiſſimus Belgarum ac Burgundionum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, ne quis librum cui titulus *Anaſtaſis* CHILDERICI *primi Francorum Regis, ſiue Theſaurus ſepulchralis Tornaci Neruiorum effoſſus, & Commentario illuſtratus*; *Auctore* IOANNE IACOBO CHIFLETIO, *Equite, Regio Archiatrorum Comite, & Archiducali Medico primario*, præter Balthaſaris Moreti voluntatem vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impreſſum in has Germaniæ Inferioris ditiones importet, venalémve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum, & aliâ graui pœnâ mulctabitur; vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XXVI. Septembris, M. DC. LIV.

*Signat.*

D. Fren.

# APPROBATIO CENSORIS.

ANastasim hanc CHILDERICI I. *Francorum Regis*, *Auctore* IOANNE IACOBO CHIFLETIO, *Equite*, &c. nihil in se continentem quod fidei Catholicæ aut bonis moribus aduersetur, luce publicâ dignissimam censui. Antuerpiæ XII. Octobris, M. DC. LIV.

*Guilielmus Bolognino S. T. L.*
*Can. & Lib. Censor Antuerp.*

# ANASTASIS CHILDERICI I. FRANCORVM REGIS;

## SIVE

## Thesaurus sepulchralis, Tornaci Neruiorum effossus, & Commentario illustratus.

## CAPVT I.

### *Vestibulum Operis, Tabella vetus iconica antiquorum Franciæ Regum.*




QVÆ mihi legenda sunt vestigia, accuratiùs intuenti, non alienum à ratione doctrinæ visum fuit, pauca præfari de antiquioribus Francorum Regibus, iisque referendis tantisper immorari; vt ante omnia, Regum Primæ Stirpis CHILDERICI tres distinctiùs habeantur, quorum alter Rothomagi sepultus est in S. Petri, tertius Audomari ad S. Bertinum, Primus Tornaci; de quo nobis futurus sermo, cuiusque anno præterito Thesaurus sepulchralis, casu effossus, huius erit Operis argumentum.

In Bibliothecâ Regiâ Bruxellensi seruatur magnæ molis membraneus codex M. S. continens Historiam Caroli Magni, elegantissimis imaginibus illustratam; quarum vna exhibet antiquiores Franciæ Reges. Monet ad calcem Operis Dauid Aubertus, Philippi Boni Burgundiæ Ducis Aulicus Scriba, *exscripsiße se Historiam illam, & in linguam Francicam meliorem commutaße anno* M. CD. LVIII. *iussu Philippi Ducis.*

Anno 1458.

Quibus insinuat se alio vetustiori codice vsum, imagines etiam ab alijs antiquioribus expinxisse. Vtut sit, Tabellam damus, qualem inde habuimus, quàm fieri potuit accuratissimè delineatam: quæ etsi quodammodò imperfecta videri possit, lucem tamen mereri visa, quòd Regum gestu, staturâ, & cultu, ferè aliquid ad historicam veritatem non inutile repræsentet; cui breui Commentario facem præfero, quamquam Regum Epochas obstinatiùs tueri nolim, non ita ab aliis occupationibus vacuus, nec tam mei lemmatis amans, vt LOCA AVIA vniuersa PERAGRARE integrum sit.


Pharamon p.r Roy de France.
Clodis
la p.re Generation Merouë. Childerich. Claudius. Clotaire. Chilperich.
Loys. Thiery. Childerich. Clotaire. Cloys. Dagobert. Clotaire.
Dagobert. Thiery. Chilperich. Childeric
Charles Martel. Pepin. Charlemaine

## I. PHARAMVNDVS.

DE huius Francorum primi Regis Chronologiâ hæc ad me doctissimus noster Wen-
16.Iunij 1653. delinus: *De anno primo Pharamundi ne dubitemus facit Prosper Tyro, cuius Chronicon nobis dedit Scaliger in suo Eusebio; auctiusq́ datum est Tomo primo Scriptorum Francicorum. Scaligeri autem editio ad annum* XXV. *Honorij hæc habet:* PHARAMVNDVS REGNAT IN FRANCIA. *Post quæ sequitur annus* XXVI. *& ad illum hæc:* SOLIS FACTA DEFECTIO HOC ANNO. *Si ergo certum est, anno ante istam Eclipsin regnasse*
Anno 417. *Pharamundum, regnauerit sanè ex anno* CD. XVII. *Eclipsis enim Solaris nulla fuit per hos annos memorabilis, præter illam, quæ contigit anno Christia-*
Anno 418. *no* CD. XVIII. *Iulij* XIX. *Fuitq́ totalis per Africam & Ægyptum; cuius etiam meminit Chronicon Alexandrinum, addens factam* XIV. *Kal. Augusti, die Parasceues, horâ diei octauâ. Idatius quoque eamdem diem* XIV. *Kalend. Augusti exprimit, sed Feriam quintam numerat errore librarij; nam reuerà fuit dies Veneris, horâ meridiei per Italiam, bihorio ferè seriùs quàm in Ægypto. Atque hæc est illa, de quâ scripsisse debuit Augustinus, tunc Hipponensis Episcopus, sicut Posidius in Indiculo meminit;*

*minit; qui liber vtinam alicunde aliquando reuiuiſcat! Omnino ergo ex anno* CD. XVII. *regnauit* Anno 417.
*Pharamundus, non verò (quod Scaligero credulus ſcribebam in Salicis meis) anno* CD. XX. *quo-* Anno 420.
*niam ſcilicet adcredebam anno mox* CD. XXI. *die* Anno 421.
XVII. *Maij Solem defeciſſe; quod idem Scaliger validum pro ſe argumentum putauit; cùm reuerà nullum ſit, atque etiam falſum: vt nunc me pudeat alteri crediſſe quàm mihi. Scaliger ergo Buntingum ſecutus (de Pratenicis Tabulis falſum ac fallentem) ipſe etiam falſus me fefellit. Anno enim illo* CD. XXI. *nulla per totam Europam, aut ipſam* Anno 421.
*Africam, conſpici potuit Solis obſcuratio, propter latitudinem Lunæ Auſtralem, & accedente parallaxi adhuc Auſtraliorem. Maneat ergo ex anno* CD. XVII. *regnaſſe Pharamundum, & qui-* Anno 417.
*dem (pro eo ac tradidit Sigebertus) annis vndecim. Eius ergo mors cadit in annum* CD. XXVIII. Anno 428.

Quod ad locum attinet: haud à vero alienum exiſtimo, Belgicam Secundam, Vandalorum incurſu iam labefactatam, à Pharamundo occupatam ad mortem vſque: de illo ſiquidem Genealogia vetus: *Sepultus eſt* BARBARICO RITV (à la maniere barbariſque) *Rhemis extra vrbem, Laudunum verſus in monticulo, qui Latinè* PYRAMIS *dici poteſt.* Seruius Virgilij interpres: *Apud*

Hieron. Ep. 11. ad Ageruchiam.

Ex M.S. cod. Bruxell. Palatij.

In Lib. 11. Æneid.

*Apud maiores, Nobiles aut ſub* MONTIBVS *altis, aut in ipſis* MONTIBVS *ſepeliebantur. Vnde natum eſt, vt ſuper cadauera aut* PYRAMIDES *fierent, aut ingentes collocarentur columnæ.* Plinius de Cauchis populis: *Illic miſera gens* TVMVLOS *obtinet* ALTOS, *vt* TRIBVNALIA *ſtructa Manibus.*

Lib.16. c.1.

## 2. CLODIO.

An.428. PErgit Proſper ad annum CD. XXVIII. Theodoſij quintum: CLODIVS REGNAT IN FRANCIA. Alter Proſper in Conſularibus ad eumdem annum: *Felice & Tauro Coſſ. pars Galliarum propinqua Rheno, quam* FRANCI *poßidendam occupauerant,* AETII *Comitis armis recepta.* Ex quibus colligit Wendelinus, nihil auſos Romanos aduerſus Pharamundum, quamdiu ipſe vixit: ſed eo mortuo, vt fit, irruiſſe aduerſus CLODIONEM, ætate belliq́ue experimentis minorem.

Lib.2. cap.9. Gregorius Turonenſis de illo: *Apud* DISPARGVM CASTRVM *habitabat, quod eſt in termino* TONGRORVM. Geſta Regum Francorum: *Habitauit* CLODIO *Rex in* DISBARGO CASTELLO *in finibus* TONGRORVM. Aimoïnus de Francis: CASTELLVM *quoddam,* DISBARGVM *nomine,* *occu-*

Cod.M.S. Camer. cap.5. Lib.1. cap.4.

*occupant, in quo Rex* CLODIO *ſedem ſui conſtituit Regni.* Oſtendi aliàs apud eos Auctores legi debere *Tongrorum*, non *Toringorum*: ſed erraui, dum credidi *Disbargum* illud, Clodionis domicilium, eſſe *Dieſthemium*; vbi duo caſtra conſtituit R.P. Godefridus Henſchenius, alterumque ſcribit etiamnum *Disburgum* appellari; quod apertè negant incolæ loci, aiuntque *Burgum* ſimpliciter vocari; vnde in Chartis Auerbodienſibus, Eccleſiæ Dieſtenſes *S. Joannis de Burgo*, & S. MARIÆ, vel *Dominæ noſtræ de Burgo*, nullibi *de Disburgo*.

Lumine l. Salic.

In Diatribâ.

Re ergo penſiculatiùs examinatâ, reperi apud Francos noſtros duplex fuiſſe *Duisburgum*; vnum nempe trans Rhenum, ex àduerſo Coloniæ Agrippinæ, oppidum Montenſis Comitatus, hodieque dictum *Duysborg*, olim *Deuſonis Caſtrum*; eſtque illud idem *Dusburg* oppidum, quod Philippus Imp. Henrico I. Duci Lotharingiæ & Brabantiæ oppignerauit anno M. CC. IV.

Butkens in Trophæis Brab. pag. 167. an. 1204.

Duiſburgum aliud ſitum eſt in noſtrâ Brabantiâ; de quo ſic aliàs Wendelinus: DVYSBORCH *nunc quoque eſt* MVNICIPIVM *amplum &* NOBILE *iuxta Furam, medio fermè loco inter Bruxellam & Louanium; idq; forſan Diœceſis Tungrenſis fuiſſe ex eo colligat quis, quòd* S. HVBERTVS,

In Leg. Sal. c. 14.

TVS, *paucis diebus antequam moreretur, Furæ anno* DCC. XXVII. *in his locis Ecclesiam dedicauerit; quodq́; certè* LOVANIVM *Diœcesis fuit Tungrensis ad Diliam vsque flumen: ita vt* DVYSBORCH *illud fuerit in termino saltem Tungrorum, si non in ipsâ Diœcesi; multoq́; possit meliùs aptari huic loco* DISPARGVM *illud Gregorio memoratum, quàm alijs Transrhenanis.* Ita quoque Gramayus de hoc eodem municipio: DVYSBVRGVM *à Præposito Frigidi montis Bruxellæ Parœcum accipiens, & aliàs municipali iure gaudens.* Additque ad marginem: *Solet olim cum municipijs subscribere cum* SIGILLO CASTRVM *præferente, & duobus vexillis.* Supersunt viri senes ac fide digni, qui viderunt rudera & vestigia veteris castri Duisburgensis in loco vbi villa *Ioannis de Mulder* dicta, in municipij appendice, quæ vulgò *Yseren.* Refert præthereà loci Pastor ex antiquis monumentis, ducentis ante Furam annis Duisburgum istud Ducum Brabantiæ castrum fuisse, in quo Principes & Magnates de rebus patriæ consilij capiendi causâ conuenire solebant. Ego castri veteris produco Iconismum è sigillo, quo Scabini post omnem memoriam chartas munire soliti sunt; & quidem ex antiquis ceris Archiui Caudenbergensis, in quo plures

Anno 727.

In Antiq. Brab.

res alias vidi veteres chartas, & castrum illud, Dvsborc, Dvysborch, & Dvysbvrg appellatum.




Habemus ergo Duisburgum castrum, habemus eiusdem sigilla vetustissima; constat etiam situm olim vel in ipsâ Tungrensi Diœcesi, vel saltem in confinio, vt planè possimus affirmare fuisse Disbargum, seu Dispargum castrum, in quo Rex Clodio habitauit, sedemque primùm Regni Francici constituit. Addi potest, totum hunc Brabantiæ tractum, iaminde ab antiquissimis Principum nostrorum temporibus (qui à Francis Regibus ortum ducebant) castris eorum ac domiciliis fuisse illustrem, Bruxellæ, Louanij, Furæ, & Duisburgi.

Gregorius Turonensis: *Ferunt etiam tunc* Lib 2. cap. 9.
Chlogionem *vtilem ac nobilissimum in gente suâ Regem Francorum fuisse, qui apud* Dispar-

GVM CASTRVM *habitabat in termino Tungrorum.* tum post nonnulla: CLOGIO *autem missis exploratoribus ad vrbem* CAMERACVM, *perlustrata omnia ipse secutus, Romanos proterit, ciuitatem adprehendit, in quâ paucum tempus residens, vsque* SVMMAM *fluuium occupauit.*

Aëtius Romanus, accepto nuntio de irruptione Francorum in Atrebates, silenti agmine cum Maioriano progressus, Clodionem aggressus est, eiusque exercitum strauit hymenæo fortè exhilaratum, atque importunè nuptialibus epulis in-
Carm. 5. dulgentem. Sidonius Apollinaris:

*Pugnastis pariter,* FRANCVS *quâ* CLOIO *patentes*
ATREBATVM *terras peruaserat : hic* COEVNTES
*Claudebant angusta* VIAS, *arcuq; subactum*
VICVM HELENAM, FLVMENQVE *simul sub* TRAMITE *longo*
ARCTVS, *suppositis trabibus, transmiserat* AGGER.
*Illic* TE *posito, pugnabat* PONTE *sub ipso*
MAIORIANVS *Eques.* FORS RIPÆ *colle proquinquo*
*Barbaricis resonabat hymen, Scythicisq; chorais,*

*Nube-*

*Nubebat* FLAVO *ſimilis noua nupta* MARITO.
*Hos ergo, vt perhibent, ſtrauit.*——

Hanc Sidonij narrationem interpretes non ſatis intellexêre ob locorum ignorationem. Meo quidem iudicio, res acta eſt hoc modo: CLODIO cum exercitu ingreſſus eſt ſyluam Carbonariam, indeque militarem viam, quæ per Angiam, Athum & Lutoſam TORNACVM ducit, vbi alij aggeres publici quoque ſimul coibant; à Virouiaco nimirum, Teroanâ, Nemetaco, Cameraco, & Ponte Scaldis; intraque illas ſtratarum anguſtias, vbi —— *coëuntes*
*Claudebant* ANGVSTA *vias*,
Aëtius & Maiorianus (qui Helenam vicum in tranſitu ſubegerant) aduentantem Clodionem expectabant. Itaque commiſſum prælium difficili loco, Tornacum inter & Pontem Scaldis. In ipſo Scaldis Ponte (per quem ferebatur anguſtus agger, ſed publicus) Aëtius ſtabat: ſub ipſo Ponte, hoc eſt infra Pontem, Tornacum verſus, equitabat Maiorianus; vbi in ripæ Scaldis propinquo colle turbatæ ſunt Francorum nuptiæ. *Helenam vicum* (de quo Sidonius) Baldericus vocat *Lenenſe caſtrum*; oppidum eſt hodie in Atrebatibus, vulgò *Lens*, non autem Heſdinium vetus ad Caucium amnem. Lib. 2. cap. 22.

*Pons Scaldis* vicus etiamnum ſupereſt, *Eſcaupont* dictus, qui ductu viæ militaris Tornacum inter
In Itinerario. & Bagacum ſitus eſt. Vnde Antoninus Aug. flexuoſum iter à Portu Geſſoriacenſi Bagacum vſque ſic diſpoſuit:

| | | |
|---|---|---|
| TERVENNAM | M. P. XVIII. | *Teroane.* |
| CASTELLVM | M. P. XVIIII. | *Caſſel.* |
| VIROVIACVM | M. P. XVI. | *Veruich.* |
| TORNACVM | M. P. XVI. | *Tournay.* |
| PONTEM SCALDIS | M. P. XII. | *Eſcaupont.* |
| BAGACVM | M. P. XII. | *Bauay.* |

Ex quo itinere patet, publicam viam per Pontem Scaldis fuiſſe delatam, vt clarè Sidonius:

——FLVMENQVE *ſimul* SVB TRAMITE LONGO
ARCTVS, *ſuppoſitis trabibus, tranſmiſerat* AGGER.

In ipſo Scaldis alueo ſuperſunt hodieque aliquot antiquæ pilæ, quæ arctum aggerem ſuppoſitis trabibus ſuſtentabant.

Anno 448. Moritur Clodio Rex anno CD. XLVIII. Cameraci ſepultus, vt Neoterici quidam volunt. Quærendus eſſet in ciuitatis pomœrio, ad viam militarem.

PRI-

# *PRIMA GENERATIO.*

## 1. MEROVEVS.

PRosper ad annum CD. XLVIII. qui fuit XXV. Valentiniani, paucis, vt solet: MEROVEVS *regnat in Franciâ.* Gregorius Turonensis de Clodione Rege: *De huius stirpe quidam* MEROVEVM *Regem fuisse asserunt, cuius fuit filius* CHILDERICVS. Vetus Genealogia Regum M. S. iam laudata: MEROVEVS, *qui non erat* CLODII *filius, sed ipsi sanguine coniunctus, fecit se creare Regem, Clodij filios, qui ætate minores erant, excludendo.* Gesta Regum Francorum: *Chlodione Rege defuncto,* MEROVECHVS, *de genere eius, Regnum eius accepit.* Rouico Monachus: MEROVICVS *iste, à quo &* FRANCI *priùs* MEROVINGI *vocati sunt, propter vtilitatem videlicet, & prudentiam illius, in tantam venerationem apud* FRANCOS *est habitus, vt quasi* COMMVNIS PATER *ab omnibus videretur.* Vnde in Tabellâ, Regum Primæ Stirpis caput constituitur, seiunctus à Clodione. Diem obiit anno CD.LV. Sepulturæ locus ignoratur.

Anno 448.

Lib. 2. cap. 9.

Ex Biblioth. Reg. Bruxell.

Ex M. S. Camerac.

Lib. 1.

Anno 455.

## 2. CHILDERICVS I.

An. 461. SIgebertus ad annum CD. LXI. HILDERICVM *insolenter & luxuriosè se agentem* FRANCI *Regno deturbant.* Hunc adeò terga vertentem, atque auersum Tabella repræsentat, cum torosi marginis pileo, quo exul in Thuringiâ forsan vtebatur. Ille ipse est Childericus, de cuius sepulchro Tornaci detecto, in hoc Opere acturi sumus; deque eius Vitâ compendio expressâ toto Capite quarto.

## 3. CHLODOVEVS I.

IN Epistolâ ad Episcopos post bellum Gothicum, ipse se CHLOTOVECHVM vocat: in litteris Theodorici Regis Italiæ ad eum datis, scribitur LVDVINVS: in eius Epithaphio, quod adfert Aimoïnus, CHLODOVEVS: in testamento S. Remigij, HLVDOVVICVS: à Sigeberto, LVDOVVICVS: à Contracto & Alberico, CLODOVEVS: in Tabellâ iconicâ, CLAVDIVS, vulgò apud Francos CLOUIS, u vocali, non consonante. Est autem expressus elatis in cælum oculis, iunctis manibus, habitu orantis, Diuinamque implorantis opem. Gregorius Turonensis de illo cum Alamannis dimicante: ELEVATIS (Lib. 2. cap. 30.)

AD

AD CÆLVM OCVLIS, *compunctus corde, commotus in lacrymis ait:* IESV CHRISTE, *quem* CHROTILDIS *prædicat esse Filium Dei viui, qui dare auxilium laborantibus*, VICTORIAMQVE *in te sperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam* DEVOTVS *efflagito; vt si mihi victoriam super hos hostes indulseris, & expertus fuero illam virtutem, quam populus* TVO NOMINI *dicatus probasse se prædicat, credam tibi, & in* NOMINE TVO *baptizer.* Diem obiit anno D. XI. sepultus Parisijs in Basilicâ SS. Apostolorum Petri & Pauli, quæ nunc S. Genouefæ appellatur. Anno 511.

## 4. CHLOTARIVS I.

CLericali videtur habitu tectus, manicis togæ latioribus, vel quòd priores pueritiæ annos in monasterio transegerit, vel certè vt quodammodò notetur, traducaturque apud posteros, propterea quòd aliquando *indixerit, vt omnes Ecclesiæ Regni sui tertiam partem fructuum fisco dissoluerent:* quod erat velle frugibus Cleri sustentari, eiusque velleribus amiciri. Sed illum Iniuriosus Turonensis Episcopus ad saniora consilia reuocauit. Mortuus est anno D. LXI. sepultus Suessione in Æde S. Medardi. Gregorius Turon l. 4. cap. 2. An. 561.

5. CHIL-

## 5. CHILPERICVS I.

IN Tabellâ obſeruo, Chilpericum indutum chlamyde viatoriâ, qualem Capitolinus Vero Imperatori tribuit, *qui nocte vagabatur obtecto capite* CVCVLLIONE *vulgari* VIATORIO; vel certè venatorij cultus chlamyde, cuiuſmodi Didonis venationi accinctæ apud Virgilium:

In Vero.

Lib. 4. Æneid.

> *Tandem progreditur magnâ ſtipante cateruâ,*
> *Sidoniam picto* CHLAMYDEM *circumdata limbo.*

Lib. 14. Epig. 128. Martialis Bardocucullum vocat:

> GALLIA *Santtonico veſtit te* BARDOCVCVLLO.

Sat. 8. Iuuenalis, Cucullum:

> *Tempora Santtonico velas adoperta* CVCVLLO.

vnde Iunius: *Bardocucullus, pallij genus eſt,* CVCVLLVM *habens adiectum è panno craßiore, cuius frequens vſus apud nautas, & aurigas.* Addo & apud venatores, aduerſus iniurias ventorum, imbrium, atque etiam dumeta. Philoſtratus de Meleagro venatore: CHLAMYDE *cocco tinctâ*, CERVICI INVOLVTA *indutus belluam expectat.* Iam Gregorius Turonenſis de Chilperico Rege: *Cùm ad villam Callenſem, quæ diſtat ab vrbe Pariſiacâ quaſi centum ſtadijs, accedit, ibiq;* VENATIONES *exercet: quadam die regreſſus de* VENATIONE, *iã ſubobſcurâ nocte, dum* DE EQVO *ſuſciperetur, & vnam manum ſuper ſcapu-*

In Iconib.

Lib. 6. cap. 46.

*ſcapulam pueri retineret, adueniens quidam eum* CVLTRO *percutit ſub aſcellam, iteratoq́; ictu ventrem eius perforat; ſtatimq́; profluente copiâ ſanguinis, tam per os, quàm per aditum vulneris, iniquum fudit ſpiritum.* Occiſum fuiſſe in habitu viliore Chilpericum, ſatis indicant illa Gregorij verba; & firmant quæ ſequuntur de Madalulfo Syluanectenſi Epiſcopo: *Vt eum interemptum audiuit, aduênit; ablutumq́;* VESTIMENTIS MELIORIBVS *induit: nocte in hymnis deductâ, in naui leuauit, & in Baſilicâ S. Vincentij, quæ eſt Pariſius, ſepeliuit.* Anno Chriſti D. LXXXIV. Anno 584.

## 6. CHLOTARIVS II.

HVnc binomium fuiſſe, Patriſque & Aui nomina obtinuiſſe, nemo hactenus obſeruauit. Id verò me docuit Chronicon M.S. Anglo-ſaxonicum, cuius hæc ſunt verba: HILPERICVS, *filius* LOTHARII, *moritur.* HILPERICVS LOTHARIVS, *Hilperici filius, Regnum cœpit.* Mos tamen obtinuit, vt vnico LOTHARII nomine appellaretur: ſequitur enim in eodem Chronico: LOTHARIVS, *Hilperici filius, moritur, relinquens ſucceſſorem filium ſuum Dagobertum.* Mortuus eſt Chlotarius II. anno DC. XXVIII. conditus Pariſiis in Baſilicâ S. Germani de Pratis. Anno 628.

## 7. DAGOBERTVS I.

Anno 620. ALbericus anno DC. XX. *Lotharius Rex* DAGOBERTVM *filium ſuum commiſerat educandum* PIPPINO *Principi, Karlomanni filio, &* ARNVLPHO *illuſtri* COGNATO *ſuo. Anno* DC. XLIV. *obijt Rex* DAGOBERTVS, *qui multa bona contulit Eccleſiæ. Sepultus eſt apud S. Dionyſium Pariſius. Hic primum conuentum monachorum S. Dionyſij adduxerat ab Abbatiâ S. Mauritij Agaunenſi. Succeßit ei in Regno filius eius* CLODOVEVS *in Neuſtriâ, id eſt in* NOVA FRANCIA, *per annos* XVII. *viuente adhuc Sigeberto in Auſtriâ.*

Anno 644.

## 8. CHLODOVEVS II.

HVnc in Tabellâ Gallicè CLOYS nuncupatum, notat Andreas Cheſneus etiam vocatum fuiſſe CHLOTHARIVM. Quod cùm Scriptores lateret, multa Chlotario III. eius filio tribuerunt, quæ huic CHLODOVEO CHLOTARIO debebantur, Atauo Chlodoueo, Auoque Chlotario MAGNIS Regibus cognomini. Mortuus eſt anno DC. LXII. ſepultus in S. Dionyſij.

Lib. 1. Burg. cap. 13.

Anno 662.

9. CHLO-

# 9. CHLOTARIVS III.

IGnauum, inertem, ore demiſſo, propendente è ſinu gladio, velut inutili ac neglecto CHLOTARIVM III. Tabella repræſentat, propterea quòd Ebroïnus eius Maior-domus, vir ingenio malo prauoque, Regnum ſolus obtineret, oppri-meretque veriùs, quàm regeret. Tunc enim FRANCORVM REGES (Erchamberti verba ſunt) *nomen, non honorem, habebant. Victus ipſis erat exuberans, ſed* CVSTODIA IVGIS, *ne aliquid* IVRE POTESTATIS *agere poſſent.* In Breuiario.

Auctor Vitæ S. Wandregiſili, Chlotarij Regis propè æqualis: *Poſtquam exceſſit è vitâ* CLODOVEVS *Rex, remanſit Balthildis Regina cum tribus filijs,* CLOTHARIO, CHILDERICO, *ac* THEODORICO: *è quibus* CLOTHARIVS, *qui maior natu erat, faſtigium adeptus eſt Regni, rexitq́ue populum Occidentalium Francorum* ANNIS QVATVORDECIM. Tum alio idem loco de iiſdem Regibus: CLOTHARIVS, *qui maior natu erat,* QVARTVM DECIMVM *Regni annum agens, conſortijs ſubitò caruit humanis. Deinde* CHILDERICVS *temerè ab inſidiatoribus interemptus, à præſenti ſublatus eſt vitâ. Tertius* THEODERICVS, *matri ſuperſtes, Regni ſuſcepit gubernacula.* vt nullatenus dubitem, in Fredegarij autographo

Apud Surium 22. Iulij cap. 14. Vitæ.

Cap. 21.

grapho ſcriptum fuiſſe Chlotarium III. Regem *annos* XIV. non vt in libris editis legitur, *annos* IV. *regnaſſe*, omiſsâ à libellione denarij numeri notâ X. vnde poſterioribus errandi anſa, qui perperàm Chlotario III. regni annos quatuor dumtaxat tribuunt.

## 10. CHILDERICVS II.

DElineatus eſt in Tabellâ, luſcâ imagine, nec, vt alij Reges, aduerſo corpore, ſed in læuam conuerſo, vt neglector famæ fata ſubſequentis. Fredegarius in Chronico : *Erat ipſe* CHILDERICVS *Rex leuis, atq; citatus nimis, Gentem Francorum in ſeditionem mittens, & in ſcandalum ac deriſum: quo ingraueſcente, vnum* FRANCVM NOBILEM, *nomine* BODILONEM, *ad ſtipitem tentum cædere* CONTRA LEGEM *præcepit. Videntes hæc Franci, irâ magnâ commoti, Ingolbertus videlicet, & Amalbertus, vel reliqui maiores natu Francorum, ſeditionem contra ipſum* CHILDERICVM *concitauerunt. Memoratus Bodilo ſuper eum cum reliquis quamplurimis ſurrexit inſidiaturis, & Regem in Lauchoniâ ſiluâ, vnà cum Reginâ prægnante (quod dici dolor eſt) interfecit.* Annum notat Sigebertus DC. LXXIX. Cæſorum corpora ſepeliuit S. Audoënus Rothomagi in Baſilicâ S. Petri.

Cap. 95.

Anno 679.

11. THEO-

## II. THEODORICVS I.

SIgebertus & Albericus, ducti errore qui in Fredegarij Chronicon irrepſerat, in annis Chlotarij III. decennium omiſerunt. Sic ergo anni apud illos deinceps, meâ quidem ſententiâ, ad marginem ſunt notandi. Sigebertus: LOTHARIVS *Rex Francorum moritur.* THEODERICVS *frater eius ab Ebroïno Maiore-domus in Regnum ſublimatur.* Albericus: *Francorum mortuo* LOTHARIO *Rege,* THEODERICVS *frater eius anno vno.* Anno 676. non 666.

Sigebertus: THEODERICVS *Rex propter inſolentias Ebroïni à Francis repudiatur, & frater eius* HILDRICVS, *qui in Auſtriâ regnabat, à cunctis ad regnandum euocatur. Porrò* THEODERICVS *& Ebroïnus tonſurantur: &* THEODERICVS *Pariſiis in cœnobio S. Dionyſij, Ebroïnus in Luxouio relegantur.* Anno 677. non 667.

Rurſum Sigebertus ad annum DC. LXXIX. *Bodilo Francus, quem* HILDERICVS *ligatum ad ſtipitem cædi præcepit,* HILDERICVM *in venatione exceptum cum Blitilde vxore eius prægnante interficit.* THEODERICVS *Regno reſtituitur.* Anno deinde DC. XCIII. THEODERICVS *Rex Francorum obijt.* Albericus anno ſequenti: *Rex Francorum* THEODERICVS *mortuus, in Abba-* Anno 679. rectè. Anno 693. benè. An. 694. malè.

*tiâ ſancti Vedaſti Atrebatenſis, quam ipſe fundauit, ſepultus eſt cum Reginâ* DODA *vxore ſuâ. Quia conſenſerat impietati Ebroïni ſuper interfectione beati* LEODEGARII, *idcircò pœnitens hanc nobilem Abbatiam inſtituit. Defectio ſolis facta eſt horâ diei tertiâ, ita vt quædam claræ ſtellæ apparerent.* Theodorici Epitaphium extat Atrebati ad chorum ſancti Vedaſti, inſcriptum lapidi hiſce verſibus:

*Rex* THEODORICVS *ditans, vt verus amicus,*
*Nos ope multimodâ, iacet hîc cum coniuge* DODA.
*Regis larga manus, & Præſul* VINDICIANVS
*Nobis Regale dant & ius Pontificale.*
*In* DECIES NONO *cum* QVINQVAGIES DVODENO
ANNO *defunctum ſciet hunc, qui* QVATVOR *addet.*
*Quâ legis hæc horâ Dominum pro Regibus ora,*
*Muneribus quorum ſtat vita Dei famulorum.*

Inſinuat rudis Poëta, Theodoricum Regem
Anno 694. obijſſe anno DC. XCIV. Modus tamen carminis & character oſtendunt æui ſequioris monumentum eſſe; quo deceptus haud dubiè Albericus, malo calculo ſeriem temporum ad eius normam digeſſit. Ego Sigebertum antiquiorem (cuius ętate necdum credo poſitum Theodorico barbarum illud elogium, eius Regis oſſibus in nouam Baſilicam, vbi nunc ſunt, nondum tranſlatis) liben-

libentiùs amplector, qui satis fidelis est in Epocharum serie ab anno DC.LXXIX. quo notat Theodoricum Regno restitutum, eiusque mortem anno DC. XCIII. quæ planè conueniunt cum Fredegario penè æquali, apud quem *Theodoricus regnauit annis* XIV. In Chronic. Childeb. c. 101.

Præiuit nobis in hac sententiâ Christophorus Browerus, qui sic in Annalibus Treuerensibus: Lib. 7. THEODORICVM REGEM *annis regnasse quatuordecim* STATVO *cum Scriptore Appendicis ad Gregorium Turonensem, & Sigeberto, qui vulgaris anni cursum in multis deinceps sequi videtur: & idem* THEODORICI *exitum interuallo breui, scilicet vnius anni, nostris rationibus posthabet.* Idem affirmat quoque vetus Chronicon in membranis, quod habui à V. C. Ioanne Bargibautio. Sed & prætereà accedit Genealogia M. S. Palatij Bruxellensis, in quâ hæc leguntur: CLODOVEVS *tertius eius nominis Rex post Patrem* THEODORICVM, *fuit valdè simplex, & inutilis Regno: gerebat nomen Regis, sed Maior Palatij Remp. gubernabat. Rex enim* CLODOVEVS *non erat militaris: regnauit nihilominùs* QVATVOR ANNIS, *obijtq; sine herede anno Domini* DC. XCVII. Si ex Anno hoc numero demas annos Clodouei quatuor, 697. habebis annum obitus Theodorici Regis DC.XCIII. 693.

vt

Lib.1. cap.40. vt benè ſcripſerit Belleforeſtius, *Sententiam magis receptam eſſe, vt* THEODORICVS *annis* XIV. *regnauerit.* Prius enim vnius anni Regnum, quod Ebroïno ſuffragante contra Childericum fratrem natu maiorem conſecutus eſt Theodoricus, nullius eſt momenti: comâ quippe & purpurâ per ſummam ignominiam ipſi detractâ, falſus Regis character manſit obliteratus. Neque aliter Childericus III. Rex de ſtatu Regio detruſus eſt, quàm per tonſuram, & monachiſmum.

Francorum Annalium Scriptor Metenſis aliam iniuit rationem annorum Theodorici Regis:
Anno 690. poſtquam enim narrauit ad annum DC. XC. quomodo Theodoricus à Pipino victus fuerit; ad
693. annum DC. XCIII. ſubdit: *Anno Dominicæ Incarnationis D. N.* IESV *Chriſti* DC. XCIII. *Pippini verò ſingularis Principatus ſuper* THEODORICVM, *qui, antequam vinceretur à Pippino, annis quatuordecim; victus verò, ſub eodem regnauit annis tribus, moritur.* Omiſsâ ſubductione illius anni, quo primùm regnauerat Theodoricus, & ſequentis biennij, quo vitæ Monaſticæ fuerat mancipatus, ait illum, priuſquam à Pipino vinceretur, regnaſſe annis quatuordecim; ad quæ
An.690. non 691. audiendus Albericus: *Anno* XIV. *Regis* THEODORICI

DORICI *inscribitur Priuilegium sancti* REOLI *de fundatione Orbaci. Quòd ibi nominatur Papa Zacharias, intelligendum quòd Papa Sergius fuit binomius.* Addit deinde Metensis Historicus, Theodoricum à Pipino deuictum, sub ipso annis tribus regnasse: qui anni XIV. & III. simul iuncti, ab anno nempe DC. LXXVI. ad DC. XCIII. conficiunt numerum annorum XVII. quibus regnasse Theodoricum disertè notant Chronica duo breuissima, Remigianum & Tillianum: vt, quouis modo computi ratio ineatur, obitus Theodorici Regis cadat in annum DC. XCIII. Anno 676. 693.

De Solis Eclipsi, Alberico memoratâ ipso anno quo refert mortem Theodorici Regis, cùm litteras Wendelino nostro dedissem, sic more suo, hoc est, eruditè respondit: *Albericus tuus diligens est in Solis Lunæque Eclipsibus commemorandis, quarum benè multas recenset, quantum earum inuenit apud Auctores, quos secutus est, quorumque verbatim periochas totas suo Chronico inseruit; quemadmodum ipse, de quo agimus, locus docet. Eclipsin enim istam totidem verbis perscriptam legimus apud Theophanem, seu eius interpretem Paulum Diaconum, in hunc modum:* Anno Imperij Iustiniani nono defectio Solis effecta est horâ diei tertiâ, ita vt quædam stellæ claræ ap- Lib. 19. Histor. Miscel.

parerent. *Habes ecce vnde Albericus istud idem exscripserit. Hanc ego Eclipsin ex meis aliorumq; artificum tabulis inuenio visam Constantinopoli (ad cuius meridianum scribebat Theophanes) anno vul-
An.693. *gato* DC. XCIII. *die* V. *Octobris, manè, horâ post mediam noctem inter octauam & nonam, quæ fuit tertia recurrens post ortum Solis, integro luminis deliquio, & per quod stellæ aliquot maiusculæ potuerunt conspici, pro eo ac factum legimus. Eumdem verò Justiniani annum, eamdemq; Solis defectionem consignat etiam Cedrenus. Habemus ergo nonum annum Iustiniani validissimo charactere cælitus constitutum. At enim quia Imperij sui natalem habuit mensem Septembrem Indictionis* XIV. *anno*
685. *nostro* DC. LXXXV. *planissimè; profectò nonus iste annus inijt more Græcanico, cum Septembri an-*
693. *ni* DC. XCIII. *atque ita intra primum bimestre conspecta est Eclipsis. In Aduersarijs meis iam olim notatum inuenio Clodoueum III. Theodorici filium, regnantem ex mense Octobri: quod si non fallit, fatendum est, mortem Theodorici incidisse in annum*
693. *nostrum* DC. XCIII. *cuius October Eclipsi conspicuus iam fluebat intra annum Justiniani nonum.* Hæc ille.

Igitur alicubi viderat Albericus magno serio notatam Theodorici Regis mortem eo anno, quo

quo contigerat illa Solis Eclipsis: sed quia nouum tunc, & fallax Theodorici Epitaphium obitum eius referebat ad annum DC. XCIV. in eumdem quoque annum transtulit Albericus Eclipsin Solis, quæ anno DC. XCIII. quo è viuis excesserat Theodoricus, conspecta fuerat. Ita Ludouici Pij exitum magna Solis obscuratio antecessit pridie Nonas Maias, horâ diei nonâ, anno Christi DCCC. XL. quo eodem XII. Kalend. Iulij excessit è viuis; Deo causas eiusmodi, quantumuis naturales, ferè exerente calamitatibus publicis præsignandis.

Anno 694. | 693. | Vita Lud. Pij. | 840.

## 12. CHLODOVEVS III.

IN Tabellâ, Gallico idiomate LOYS nuncupatur. *Regnauit annos* IV. (vt iam suprà obseruatum) seu ab anno DC. XCIII. ad DC. XCVII. Sepultus est Cauciaci (vulgò *Choisy*) in S. Stephani. Cur post eum in Tabellâ omittatur CHILDEBERTVS eius frater, fateor me ignorare; tametsi audire iuuat Annales Metenses, vbi post mortem Clodouei III. Regis sic loquuntur: PIPPINVS *Regem pro eo fratrem ipsius* HILDEBERTVM *constituit; illis quidem* NOMINA REGVM *imponens, ipse totius Regni habens priuilegium.*

Fredegar. in Chron. cap. 101. | 693. 697.

## 13. DAGOBERTVS II.

HVnc Albericus binominem facit, vbi ita loquitur: *Mortuo Childeberto Francorum Rege, & in Abbatiâ S. Stephani de Cauciaco sepulto, quidam filius eius* CLODOVEVS, *qui &* DAGOBERTVS, *regnat annis quatuor.* Alio deinde loco Dagobertum solitariè nuncupat: DAGOBERTVS *iunior, Francorum Rex, à quodam filiolo suo in siluâ martyrizatus, iacet apud Sathanagium. Quo mortuo,* LOTHARIVS PATRVVS *eius regnauit annis duobus.* Sigebertus similiter modò vno, modò alio appellat nomine: *Mortuo Hildeberto Francorum Rege,* CLODOVEVS *filius eius regnat annis quatuor. Mortuo Rege* DAGOBERTO, LOTHARIVS *regnat annis duobus.* Iste porrò Lotharius, Alberico *Dagoberti patruus*, erat CLOTARIVS IV. Tradit enim Genealogia M.S. Bruxellensis, Theodoricum Regem duas habuisse vxores, atque ex alterâ, quam non nominat, suscepisse CLOTARIVM IV. qui annis duobus re-
An.722. gnauit, mortuus absque herede anno DCC. XXII.

## 14. CHILPERICVS II.

FRedegarius Scholasticus: *Dagobertus Rex* Cap.105.
*obijt, regnauitq́ annis quinque. Franci verò* DANIELEM *quemdam Clericum, cæsarie capitis crescente, in Regnum stabiliunt, atque* CHILPERICVM *nuncupant.* Erat is filius Childerici II. Regis, quem in chartâ pro monasterio Corbeiensi *datâ Compendij, sub die tertio Kal. Maij* Sirmōd. *anno primo Regni,* vocat *Domnum & Genitorem* ex M.S. Virdu- *nostrum, & Baldechildem quondam Reginam,* nensi. *Domnam & Auam nostram.* Nouiomi sepultum tradit Aimoïnus. mortuus est anno DCC. XX. An.720.

## 15. THEODORICVS II.

ORdine in Tabellâ præpostero hic Theodoricus Chilpericum II. præcedit, quem sequi debuerat: sic enim Fragmentum vetus historicum: HILPERICO *mortuo,* THEODORICVS Chesn. *ei successit. Quo mortuo,* HILDERICVS *regnauit.* Tom.1.
Ita quoque Chronicon ex codice S.Remigij Remensis:

THEODORICVS *regnauit annos* XVII.
*Annos septem interim alius Rex non regnauit.*
HILDERICVS *Rex regnat annos nouem.*

 Stat

Stat verò in Tabellâ Theodoricus manicis latioribus, clericali habitu, ſed expedito, & aduerſo quidem corpore; quia vocatus è militiâ Clericali ad Regni habenas moderandas. Erchambertus de illo: THEODORICVM, *filium Dagoberti Iunioris, Franci in Regem ſibi ſtatuunt, qui nutritus in* CALA MONASTERIO *fuerat.*

## 16. CHILDERICVS III.

GEnealogia M. S. Bruxellenſis diſertè notat, *Theodericum, Dagoberti II. filium, ſine hærede deceßiſſe:* CHILDERICVM *ſucceßiſſe* THEODERICO FRATRI, *factumq́ tandem monachum.*
In Vitâ Car. Mag. Aſſentitur monachus Egoliſmenſis: *Poſt* THEODERICVM *regnauit ſolo nomine* CHILDERICVS *inſenſatus* FRATER *eius, & defecit totum genus Regale.*
Lib. 2. Item P. Æmylius: CHILDERICVS *Theodorico* FRATRI *Regi defuncto ſucceßit.* Stat ille in Tabellâ monaſtico habitu, atque auerſus; quia regno detruſus, & attonſus fuerat, tranſlatus in varia monaſteriorum latibula, ac in Sithienſi
In Chronico. tandem mortuus. Iperius Abbas S. Bertini Audomarenſis: HILDERICVM *attonſum in monachum, in iſtud monaſterium S. Bertini detruſerunt, quem Abbas Nantharius in monachum ſuſcepit, &, vt meliùs potuit, eius curam egit. Secundæ Corona-*

*tionis*

*tionis* PIPINI *tempore* (facta est anno DCC.LIV.) *Rex* HILDERICVS *monachus huius Ecclesiæ obijt, in monasterio sepultus.* Anno 754.

## *SECVNDA GENERATIO.*

## ANCHISVS.

LIbellus de Maioribus-domus Regiæ: *Post transmigrationem* GENERATIONIS, *ex filiâ Chlotarij Regis* ANSBERTVS *genuit Arnoldum;* ARNOLDVS *genuit sanctißimum Arnulfum, pòst Metensem Episcopum.* ARNVLFVS *quoque sanctus genuit Anchisem.* ANCHISES *genuit Pippinum Maiorem-domus.* PIPPINVS *genuit Carolum Martellum.* CAROLVS *verò genuit* PIPPINVM, *posteà Regem effectum.* In Tabellâ Iconicâ post Merouingos Reges, nouâ serie exhibetur hic Anchisus, vt secundæ Regum stirpis origo à Troianis fabulosa insinuetur. Paulus Diaconus de S. Arnulfo Metensi: *Venerandus ille vir,* De Episc. Metens. *iuuentutis suæ temporibus, ex legitimi matrimonij copulâ duos filios procreauit,* ANSCHISVM *&* *Clodulphum: cuius* ANSCHISI *nomen ab* ANCHISE *Patre* ÆNEÆ, *qui à Troiâ in Italiam olim venerat,* CREDITVR *esse deductum.* P. Æmylius de Pipino Rege: *Ex amplißimâ familiâ, & tam veteri nobilitate natus erat, vt cùm auctor gentis, origoq́ue prima*

*prima ignoraretur, quòd multi eius ſtirpis* ANCHISI *vocati inuenirentur*, *ab* ANCHISE TROIANO *eos oriundos plerique iactarent.*

Hiſtoria Caroli Magni, è quâ Iconicam Regum Tabellam deſumpſi, fabulis implexâ narratione refert, occiſum ab hoc Anchiſo, vt vides., quemdam Saxonum Regem, nomine *Breherum*, Chriſtianæ Fidei exſortem, qui Franciam armis dudum infeſtauerat, idque facinoris ab eo patratum Moſam inter & Moſellam flumina. *Briareum* ex vſu Poëtico dicere voluit, & quadam rei geſtæ ſimilitudine *Gigantem* illum indicare, quocum Virgilius finxit Æneam, Anchiſæ filium, aliquando decertaſſe. Lib. 6. Æneid.

Anno 685. De Anchiſi verò nece ad annum DC. LXXXV. ſic Albericus: ANSIGISVS *Dux*, *qui &* ANCHISES, *Pater* PIPINI, *à Gunduino perimitur*, *quem ipſe iuuentum & nutritum de ſacro Fonte leuauit*; *& ad maximos militiæ honores peruenerat.* Sepultus eſt Andennæ, Nobilium virginum Monaſterio ad Moſam, non procul à Namurco.

CARO-

## CAROLVS MARTELLVS.

PIpino Herſtalienſi prætermiſſo, Tabella proponit Carolum Martellum, eius filium, Ducali & Principali dumtaxat pileo tectum, ſed nihilominùs Regali ſceptro inclytum; quia tametſi Regem ſe appellari noluerit, ſolus tamen regnauit annis aliquot. Sigebertus ad annum DCC. XLI. *Pacato & dilatato Regno Francorum,* An. 741.
KAROLVS *bellicoſus Princeps obijt, & filios ſuos Karlomannum, &* PIPINVM, *Principatus ſui ſucceſſores reliquit:* Guido Baſochius: KAROLVS *Martellus ſuper Iſaram fluuium obijt in Cariſiaco, & apud S. Dionyſij monaſterium ſepultus eſt, quod ditauerat prædijs, & donarijs ornauerat pretioſis.*

## I. PIPINVS.

ANnales Francorum Tilliani ad annũ DCC.LI. An. 751.
PIPPINVS *ſecundùm morem Francorum electus ad Regem, & vnctus per manus ſanctæ memoriæ Bonifacij Epiſcopi, eleuatus à Francis in Regno Sueßionis ciuitate.* HILDERICVS *verò, qui falsò Rex vocabatur, tonſuratus eſt, & in monaſterium miſſus.* Exprimitur in Tabellâ Pipinus pumilionis ſtaturâ, qui à Metenſi Genealogo vocatur *Pipinus nanus,* à Niuellenſi *paruus,* vulgò *breuis* nuncupatur.

## 2. CAROLVS MAGNVS.

PArentis pumili procerus filius in Tabellâ pictus est barbâ prolixâ, ad Turpini Remensis mentem; sic enim ille de Carolo Magno: *Longitudo eius octo pedum suorum erat: facies palmum & dimidium habebat; &* BARBA *vnum palmum. Frons vnius pedis erat: oculi eius vt carbunculus.* Nihilominùs Marcus Welserus in eâ se scribit esse hæresi, vt Carolus Magnus barbam non pauerit; saltem prolixam illam, quâ plerumque exornatur, ad eum nihil pertinere: adijcitque, *se habere monetam Carolinam veterem (nisi fallitur) puro mento.* Crediderim ego Caroli Calui fuisse, qualem ex argento apud Bituriges cusam vulgauit P. Petauius; Magni enim Caroli cum vultu hactenus non vidi. Non tamen negat Welserus fieri potuisse, vt interdum tonsoris negligentiâ mentum & labra Caroli pilis nonnihil inumbrarentur. Certè in sigillo chartæ pro Abbatiâ S. Maximini Treuerensis, quam suo annulo firmari iussit Carolus Magnus, anno Regni sui quadragesimo, genis est omnino ad ipsam cutem attonsis, & mento raso; quâ fermè specie conspicitur Romæ in opere Musiuo Lateranensi illius eiusdem æui, quod ætate nostrâ resti-

Apud Albericum anno 790.

Ad M. Freherū.

In Gnorismate.

Zillesius in Defens. S. Maximin. p. 3. cap. 4.

restituit Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus. In Tabellâ P. Petauij, quam infrà Cap. 9. exhibebimus, Carolus Magnus mentum non habet nudum, sed breui, bifurcâque vestitum barbâ. In M. S. codice membraneo Historiæ Willelmi Nangij, ex Bibliothecâ monasterij Villariensis in Brabantiâ, pictum vidi Carolum Magnum cum ornamentis Imperialibus, prolixiore capitis comâ, & abraso penè mento. Memini me in M. S. quodam aliàs legisse, PHILIPPVM Bonum, Ducem Burgundiæ, aliquamdiu comam & barbam aluisse, posteaque valetudinis causâ deposuisse, vt vetustiores eius imagines palàm ostendunt; quod idem Carolo Magno potuit contigisse.



## CAPVT II.

### *Historia reperti Thesauri sepulchralis* CHILDERICI I. *Francorum Regis.*

Ep. ad Traian.

TRaiani Imp. æuo Callidromum pistorem Plinius Iunior mittendum ad Cæsarem putauit: *quod,* inquit, *paulò tardiùs feci, dum requiro* GEMMAM, *quam sibi, habentem* IMAGINEM PACORI PARTHIÆ REGIS, *&* QVIBVS INSIGNIBVS *ornatus fuisset, subtractam indicabat. Volui enim hanc quoque, si inueniri potuisset, simul mittere; sicut* GLEBVLAM *misi, quam se ex* PARTHICO METALLO *attulisse dicebat: signata est* ANNVLO MEO, *cuius est apophragisma Quadriga.* Quæ ego narraturus sum, quæque mihi demandauit peruestiganda eruendaque de situ ac tenebris scientissimus Principum LEOPOLDVS GVILIELMVS, vt supra omnium expectationem sunt, ita clarissimis testata monumentis; neque à pistore nescio quo, dubiæ fidei, ac variante fortunâ, multorum etiam seruo, acceptum Regis Annulum illustratum eo, aut glebulam profero metalli qualiscumque; sed aurea, sed antiquissima Francicæ gloriæ decora, seu CHILDERICI I. Francorum Regis THESAVRVM SE-

PVL-

PVLCHRALEM, eumque oblatum Sereniſſimo ARCHIDVCI noſtro LEOPOLDO; cui, vt olim TRAIANO à Senatu additum OPTIMI cognomen, ita à populis quos regit.

TORNACVM, vrbem amplam, & cuius ambitus millia paſſuum quatuor excedit, medius Scaldis diuidit, & quidquid Epiſcopatus fuit Cameracenſis, ab Atrebatenſi ac Tornacenſi ſeparat. Quâ parte ſubeſt Cameracenſi diœceſi, tres habet inſignes Parœcias, S. Ioannis, S. Nicolai, mediamque inter iſtas S. Brixij, maximam eamdem digniſſimamque; cuius Curio, idemque Decanus Chriſtianitatis, vir egregius Ægidius Pattus, cùm videret proximè cœmeterium, ſuaſque ædes, domum Theſaurarij S. Brixij, & tenuiorum habitationi dicatam, vetuſtate iam propendere in ruinam; deliberatione cum Templi Æditiuis habitâ, ſtatuit deiectis minacibus tectis ac parietibus, nouam domum moliri à fundamentis, altiùs aliquanto iaciendis.

Anno igitur M. DC. LIII. menſis Maij die XXVII. Anno 1653.
horâ tertiâ pomeridianâ, dum foditur ad altitudinem ſeptem aut eo plus pedum, in rupem vſque ſaxeam, inuenitur primùm Fibula aurea; & mox nidus rotundior velut ex alutâ putri, in quo nummi aurei plus centum, rutro aperitur

ab Hadriano Quinquino latomo Tornacẽſi; qui (vt erat mutus & ſurdus ab ipſo natali) voces inconditas mittere cœpit, &, quo potuit modo, viciniam aduocare. Accurrunt illicò Decanus Pattus, & Æditui duo, Ioannes de Berlo, & Nicaſius Rogers, frater Abbatis Lætienſis, ſatagentes (ac meritò quidem) vt quidquid Theſauri eſſet, Eccleſiæ ſuæ & tenuiorum habitationi vindicarent. Eodem in loco reperti Romani ex argento nummi ducenti plus minùs; ſed ita extriti ac rubigine obducti, vt facinus eſſet legere; vnde magnâ ex parte periêre. Effoſſa multa ferramenta, vetuſtate exeſa & conſumpta propter loci nonnihil humecti vitium; & Caluariæ duæ, quarum altera grandior, cum oſſibus iacentis humani skeleti. Ac demum intra pedum circiter quinque ſpatium inuentæ quàm plurimæ Cimeliorum reliquiæ, Gladius tam boni chalybis, vt ad primum contactum fruſtulatim totus diſſiluerit; eius Capulus, Manubrium & Vagina, Graphiarium, Bubulum caput, Apes multæ de longè pluribus (quantum iudicari potuit) ſuperſtites ſaltem ſupra trecentas, dum reliquas inter exportata rudera non fuit datum perſcrutari; Acus vna, Fibulæ, Vnci, Vncini, Claui, Filamenta, Bullæ; omnia ex auro, inſer-

insertis infinito numero pyropis. Quin & Silius l. 2.

*——Caput effoßâ tellure repertum*
*Bellatoris Equi.——*

Ac ista quidem cuius aut æui essent, aut personæ, difficile fuisset atque impossibile iudicare, nisi vnà cum his repertus ANNVLVS AVREVS CHILDERICI Francorum Regis fecisset indicinam.

Ditâ per vrbem totam famâ inuenti Thesauri, Magistratus misit ad Decanum Æditúosque postulaturos inspectionem repertorum. Decanus ipse cum Æditiuis pertulerunt ad poscentes, non omnia quidem (quod vulgò creditum totos menses quinque ante reditum Serenissimi) sed Annulum Regium dumtaxat, ornamenta duo è Capistro Equi Regij, Filamenta aurea Paludamenti, Acum auream vnam, Apes aureas septem & viginti, Fibulas quatuor, Clauos & Vmbilicos alios octodecim varij operis; quæ Magistratus penes se retinuit consideranda curiosiùs. Pendebant autem pauca illa auri vncias tredecim. Re confestim delatâ ad Illustrissimum Episcopum, atque Ædis Cathedralis Decanum meritissimum Io. Baptistam Stratium; tum etiam ad Perillustrem Adrianum Lamoralium Villani à Gandauo, Ecclesiæ simul & antiquitatis omnis Thesaurarium; & quotquot Canonicorum

corum alios de luto meliore animauit Promethea ferula, pro ſe quiſque certatim deſumpſit ectypa Annuli Childerici, quorum aliquot expreſſit Ioannes Chifletius, filius meus, itidem Canonicus Tornacenſis, Sereniſſimo Archiduci noſtro à Sacris Oratorij domeſtici, & ſtatim ad me miſit exhibenda optimo Principi, Antiquitatis eruditioris æſtimatori iuxtà erudito; qui litteris ad Magiſtratus Tornacenſes repræſentationem petiit eorum, quæ illis ab Decano & Æditiuis Brixienſibus allata erant. V. C. Ioannes Bargibautius, Primarius vrbis Conſiliarius, pro dignitate Legationem iſtam ſemel atque iterùm obiuit; donec aureo torque, & ſacro Principis Numiſmate donatus Tornacum rediit cum litteris eiuſdem, quibus Magiſtratui ſignificabat, grata ſibi fuiſſe Cimelia, quorum illicò mihi imperauerat examen, & relationem poſteà in memoriam ire iuſſit poſteritatis. Hinc Wendelinus noſter, Canonicus atque Officialis Tornacenſis, non capere ſeipſum, ſibi mihiq́ue gratulari, exclamare:

*Priſca iuuent alios, ego me nunc deniq; natum*
*Gratulor: hæc ætas moribus apta meis.*

Quod dudum canebat non magni ſerij Poëta, & ab illo amicorum coryphæus, ſubdebatque, quan-

quantumuis indulgentiùs : *Maiore serio rescripserim ego, gratulari me mihi, quòd in hanc ætatem aduixerim, quâ tot tantaq́ in medium prodeunt quotidie, quibus mundus fiat doctior identidem ac melior; vt si nondum peruentum est ad summum, non multùm poßimus abesse à summo. Tot boni libri, tot inscriptiones lapidum, tot cimelia inuisa incognitaq́ hactenus, felicitatem æui nostri prædicant; dum è situ ac tenebris eruuntur, seq́ exhibent spectanda oculis, maximè verò istis tuis, vir præstantißime, lynceis, & ad hoc ab ipsâ naturâ factis, vt spectatores essent atq́ arbitri etiam eorum, quæ ante paucos dies casus inopinatus obtulit. Optandum quidem, vt clara illa Franciæ lumina Sirmondus, Petauius, Puteanus & Sanmarthanus ( heu acerbas Parcas!) Naudæus, per istos dies raptus, videre potuissent illum diem rediuiui* CHILDERICI: *sed quoniam aliter visum Superis, solabitur nos superstes hactenus incomparabilis Gassendus, leuabitq́ desiderium etiam tuum, quamquam tu abs teipso petere potes lenimen, cui nostras hæc Francia multum, Regia stirps longè debet plurimum. Patere me dicere quod sentio. Vetus Aßyriorum Monarchia, Medorumq́ ac Persarum potentia, totam se debuit Ctesiæ Guidio Medico, qui ab Nino ad Artaxerxem annorum fermè duûm millium contexuerat*

F histo-

*hiſtorias libris* XXIII. *concluſas. Te Medicum item magni Regis cubicularium, idemq; nunc (quod ille olim) ſatagentem, bonis εὐφημισμοῖς proſequetur poſteritas; ſed eò feliciorem, quòd labores tuos ſibi eripi non patietur Typographica æternitas, quam viſe, quam viue, quam & impertire votis tuo, te tamen præuerſuro VVendelino.* Hæc ille, viſis dumtaxat, quæ à Magiſtratu Sereniſſimo oblata erant, quorum occaſione, non pauca ex his, quæ ſuprà retuli, ad me perſcripſit, aliaque prout res tulerit ſuis locis inſerenda.

Per idem tempus Excellentiſſimus Ægidius Trazegniaci Marchio, omni laude maior, Tornacenſis pro Rege Gubernator, & Sereniſſimi Archiducis Nobilis Cubicularius, eorumdem pleniorem & accuratam relationem ad me miſit. Sed maiores Theſauri reliquiæ ſpem meam morabantur: itaque hortari Ioannem Canonicum filium meum, vt nullam occaſionem præterlabi pateretur, quâ non idemtidem reliqua, magnaque miracula, quæ ſubodorabar, indagaret, ſcrutaretur, erueret; conſilio denique, prece ac pretio repræſentato, ab iis obtineret, qui clàm aliis Theſauros iſtos aſſeruabant. *Plurium conſpectum non obtinui hactenus* (verba ſunt Wendelini) *ac ſi quæ fuerunt Numiſmata melioris metalli*

*metalli (quod incipio magnâ propenſione credere) illa ego ſic exiſtimo ſubducta, vt ſpes non ſit bonis votis.* Quare non poſſum dicere tum Ioanni filio aliud, quàm Deum adfuiſſe, qui adeò feliciter indagandis omnibus, colligendis, ſeruandiſque in reditum Sereniſſimi, palmariam ſolertiam impenderit, nihil vt reliquum fuerit, quod illum fugerit. Nam primùm ad me miſit aurea Numiſmata ſex Impp. VALENTINIANI, MARCIANI, LEONIS, ZENONIS, BASILISCI & MARCI; aliorum item Imperatorum Argentea duo & viginti, Filamenta aurea Paludamenti, ac partem ferreæ ſoleæ Equi Regij; neque ita multò pòſt, ſecurim, quæ pone Childericum iacuerat, quamque ab Decano S. Brixij R.P. Ægidius Bucherius acceperat, vir doctus, annis atque eruditione grauis. *Quis eſt*, inquit Tullius, *quem non moueat clariſſimis monumentis teſtata conſignataque Antiquitas?* Si me hiſce immotum negem, certè mentiar. Et verò creſcentibus etiam votis, non temerè à me credita aut ſperata perinde certum habui ex epiſtolis Ioannis filij mei, quibus ille mihi indicabat, iniiſſe ſe amicitiam cum Decano & Ædituis S. Brixij, qui maiorem Theſauri partem aſſeruabant in reditum Sereniſſimi, quique viri honeſti, integri ac

Lib. 1. de Diuinat.

 probi

probi datam fidem impleturi essent, alto vtrimque seruato silentio. Nec promissis defuêre; siquidem totis mensibus quatuor, eoque ampliùs, elapsis, decimâ Nouembris, seu postridie quàm Tornacum aduenerat Princeps, illi Ioannes filius meus ante omnia partam de hostibus victoriam ad Rupem Regiam gratulatus, rem deinde, vt erat, aperuit; ac iubente Serenissimo, Decanum Æditvosque S. Brixij conuenit; dieculæ vnius aut alterius interuallo facilem & exspectatum illis aditum ad Principem spondet; exigit vt summa capita eorum, quæ dicturi Serenissimo, quæque ab eo petituri erant, Libello complecterentur, more dudum in alloquiis Principum vsurpato. Tandem coïuêre sub vesperam in porticum Abbatiæ S. Martini, cùm ex condicto alter ad alterum tenderet, illisque in cubiculum sacratius introductis per Illustrissimum Ludouicum Marchionem Matthæi Romanum, Nobilem Cubicularium, Ioanni filio iniunxit Serenissimus, vti Libellum recitaret. Erat autem eiusmodi: *Decanus & Pastor S. Brixij Tornaci diœcesis Cameracensis, atque eiusdem Ædis Custodes, quâ par est reuerentiâ exponunt* SERENITATI VESTRÆ, *superiore mense Maio, cùm Ædes pauperum eiusdem Parœciæ, deformes ruinis*

*nis ac nimiâ vetuſtate collabentes, denuò ædificarentur, nec Eccleſia tenuior impendijs ſuſtinendis par eſſet, non ſine ſingulari Dei beneficio eueniſſe, vt dum noua fundamenta iaciuntur, repertæ fuerint exuuiæ ſepulchri* CHILDERICI I. *Francorum Regis, ante annos ferè mille ducentos iſthic ſepulti, ornatu planè Regio, dignoq; qui* SERENITATI VESTRÆ *ſiſteretur. Sed obſiſtente ſæcularis Magiſtratus poteſtate, qui theſaurum ſibi vindicabat, & eius reliquias nonnullas, ipſumq; Regis Annulum iam* SERENITATI VESTRÆ *obtulerat, tantiſper ſilendum nobis eſſe duximus, donec* SERENITAS VESTRA *è bellicâ expeditione feliciter rediret, vt eâ morâ interiectâ, faciliùs ac ſine inuidiâ, illi exhibitionem reliqui Theſauri faceremus, peteremuſq;, vt præter illius iuſtam æſtimationem, aliquid eleëmoſynæ nomine ad pauperum inopiam ſuſtentandam largiri dignaretur; quandoquidem non noſter, ſed illorum Theſaurus ſit, quorum preces ad* SERENITATEM VESTRAM *perferimus, vt liberalitate ſuâ cum Dei prouidentiâ concurrere velit ad opus tam magnum, quàm neceſſarium, eâ benignitate, quâ ſolet proſequi pauperes, ſeu membra* CHRISTI; *quem oramus, vt* SERENITATEM VESTRAM *quàm diutiſsimè ſeruet incolumem, cuius ſalute Felicitas publica continetur.*

Sereniſſimus, laudatâ eorum fide, æquam eſſe petitionem reſpondit, & ſuaui alloquio, ac in ſolitam Maieſtatem compoſito, Ataui ſui Auguſtiſſimæ liberalitati minimè ceſſit, de quo B. Rhenanus: *Solebat*, inquit, MAXIMILIANVS *Cæſar* (primus eius nominis) PROPOSITA MERCEDE *ſuos prouocare ad quærenda* DIPLOMATA, *quæ ante quingentos eſſent annos conſcripta. Itaque ſi quis monſtraſſet dumtaxat talem codicem, non indonatus abijſſet; nam* PRINCEPS *fuit* LIBERALISSIMVS. Quibus rebus, & maximè præſentiâ tanti Principis, maiorem in modum animati Decanus Ædituique, proferunt in primis aurea Gladij Regalis ornamenta, Vaginæ, Capuli, Manubrij, atque etiam Balthei; Annulum alterum aureum, Graphiarium aureum eiuſdem Regis, & cryſtallinum globum magnitudinis pilæ luſoriæ: deinde Numiſmata aurea LEONIS Imp. quinquaginta ſex, ZENONIS quatuordecim, MARCIANI ſeptem, BASILISCI vnum, BASILISCI & MARCI vnum. Ab Decano ſeorſim oblata Sereniſſimo THEODOSII Imp. duo maioris ponderis, VALENTINIANI vnum, itemque LEONIS Imp. alterum; ac prætereà Fibula aurea omnium maxima, Bubulum caput aureum, Idolum Regis; & Capuli pars

Lib. 2. Rer. Germ.

pars summa, duplici capite vitulino insignita. Quibus ab Serenissimo visis & expensis accuratiùs, iniunxit Ioanni filio meo, vti acciperet chartam, calamum, atramentum, quæ ad manum erant, atque omnium indicem texeret; ac per eumdem, ante discessum, aureos dupliones sex Hadriano Quinquino Latomo erogari iussit, quòd is omnium primus rutrum in Thesaurum impegisset.

Ceterùm minimè mirandum, si dum vetus ædificium deijcitur, dum rudere graui obruuntur obliduntúrque inferiora, dum negligenter, vt fit, ac ruditer fossores eruderant locum nouando ædificio destinatum, quod fuerat rectè atque ordine compositum, id omne ita disiectum ac turbatum sit, vt sparsim dispersa sint, quæ simul potuerant inueniri, si gnari futurorum ad id accessissent; sed sors obiecit Thesaurum, non industria, vt olim contigit Gn. Terentio Scribæ, *quem* tradit Plinius, *agrum suum* Lib. 13. cap. 13. *repastinantem, offendisse* ARCAM, *in quâ* NVMA, *qui Romæ regnauit, situs fuisset.* Et certè bona eorum pars, quæ à Curione ac Æedituis accepta, Serenissimo Archiduci à Magistratu oblata sunt, eruderata fuit ex ingenti cumulo terræ ac sordium egestarum, filamentis Paludamenti Regij vnde-

vndequaque collucentibus; nullo etiamnum penes me dubio, quin aliqua perierint, cùm & præter iam commemorata miracula, ac magna quidem, Ioannes filius meus, quouis pretio à variis obtinuerit, etiam ab ancillulis, nummos aureos argenteoſque, Arculum aureum ad capulum gladij attinentem, Apes aliquot aureas, Fibulas duas, earumque alteram prægrandem, Bullas, vmbilicos, fragmentum vaſculi ex Achate gemmâ, aliaque eiuſmodi, vt de illo dicere poſ-
Lib. 5. cap. 1. ſim, quod alicubi Columella: *In magnâ ſyluâ boni venatoris eſt, indagantem* FERAS, *quamplurimas capere, nec cuiquam culpæ fuit* NON OMNES *cepiſſe.*

Ad vltimum, Sereniſſimo Bruxellas reduce, & Theſauro fidei meæ atque examini commiſſo, nouitas tam antiqua perculit animos principum virorum magnatumque; &, vt ſunt auida litteratorum ingenia, in ædes meas ad ſpectandum confluxêre. Vidit hos inter Illuſtriſſimus Pronuntius Apoſtolicus, Andreas Mangellus, Abbas S. Angeli, Italiæ genio felix, quæ Antiquitatis præcipua cultrix eſt, nec tum ſuam Romanæ maieſtati gloriam inuidit. R. P. Martinus Martinij, Societatis IESV Sacerdos Tridentinus, ex ipſo Sinarum regno opportunè adueniens, coràm mirabundus, omnia ſubtiliter, & curioſè inſpexit;

xit; tum ſubitò exultans, Sereniſſimo noſtro gratulatus eſt, & laudauit fortunam Principis ac famam, quòd eius ætate Regum illuſtres vmbræ, abſtersâ caligine, toti Orbi lucerent. Anni ſunt ferè quadraginta, cùm P. Nicolao Trigautio, ab iiſdem Orbis partibus reduci, eiuſque itinerum ſocio P. Terentio, Veſontione Sequanorum humanitatis officia atque amicitiæ præſtiti; cùm illi, etiam de mensâ conuiuæ eruditi, quàm varia de Barbaris, tam grata auditu & iucunda in ſermonibus ſererent. Sed nec minor admiratio tenuit R. P. Othonem Zylium, qui & ipſe genuinum Antiquitatis genium moribus repræſentat. Quid interim doctiſſimus Geuartius? Feſtinus fuit, vt oculos ſatiaret, &, quo priſcarum rerum ſtudio maximè capitur, eo animum imbueret. Vidit ac peruidit acie mentis, quâ valet plurimùm, vir erudititiſſimus Albertus Rubenius. Adfuêre & Ioannes de Schinkelle, Eques, Dominus de Wallecour; Helias de Bie, Ærarij Regij Chartophylax, alijque benè multi rerum antiquarum indagatione apprimè nobiles. Sed de Hiſtoriâ, deque rei veritate, hactenus ſatis. Iam ad inſtitutum aggrediamur, & CHILDERICVM I. Francorum Regem cum toto ſuo apparatu proferamus in apertum ſolem.

# CAPVT III.

## *Cimeliorum sepulchralium ac* THESAVRI *mortualis Exempla aliquot in Illustribus.*

L. *Numquam.* ff. de Acquir. rer. dom.

CElebris est & peruulgata Thesauri definitio, quâ Paulus I. C. statuit, esse *veterem quamdam depositionem pecuniæ, cuius non extet memoria, vt iam dominum non habeat.* Qualis ea fuit, notatuque dignissima, quam breui, sed accuratâ, & quæ ad rem faciat, oratione descripsit Mornacius hisce verbis: *Anno* M. DC. XIII. *Mincianæ Ecclesiæ turris (qui locus Meloduni proximus) disturbata nolis pulsantibus discissa est in eam partem quæ à pluribus sæculis abdebat quadringentos Arietis lanæ maioris aureos (regnante S. Ludouico cusa est illa auri species.) Pluit confestim velut imbre aureo. Conscendunt plures, qui veteris illius depositi reliquum auferunt. Quæstio igitur inter loci Fructuarium, Matricularios Mincianos, & Procuratorem Regium, quibus addicendus sit Thesaurus. Causam agunt eruditè Firminius, Præuostæus, & Bretius, qui ad causam Fisci verè explicuit flauissas, aureamq; litterati recessus supellectilem. Senatus integrum Thesaurum Ecclesiæ addixit.* Insigne quoque exemplum abstinentiæ,

Ad l. 67. ff. de Rei vindic.
An. 1613.

tiæ, Perſarum & penè totius Orientis Rex Tam- Lonicer. l.1.Hiſt.
burlanus oſtendit. Nam quodam tempore, cùm Turc.
iter per Syriam faceret, obtulit ſe ei arator, qui tunc in ingens vas aureæ monetæ arando impegerat. Cùm autem omnes, qui cum Rege erant, Regis aurum illud eſſe dicerent, quoniam inuenti, qui occultantur, Theſauri, Fiſci putantur: iuſſit Rex agricolam ad ſe monetam deferre, qui iam omni ſpe retinendi inuenti auri deciderat. Inſpectâ monetâ Rex ab adſtantibus petiit, putaréntne patris imaginem eſſe, quam pecunia impreſſam habebat; cui, cùm reſpondiſſent, Romanorum Principum effigiem eſſe, Rex dixit: *Si ergo hæc pecunia Maiorum meorum non fuit, aratori eam relinquamus, ad quem Deus* L. vni-
*eam detulit*. Planè ad mentem Leonis Imp. à quo câ C. de
THESAVRVS appellatur DEI BENEFICIVM, *nec* Theſauris lib. 10.
*inuidiosâ calumniâ perſequendum.* Pulchrè Theo- Lib. 4.
doricus Rex apud Caſſiodorum de Theſauris Epiſt. 34.
eiuſmodi, quos Κειμήλια ἄργα, καὶ ἀπόθετα χρήματα, *Abditas opes & otioſas*, Homeri Scholia- Dudæ Saioni. Iliad. 3.
ſtes vocat: *Prudentiæ*, inquit, *mos eſt in humanos vſus terris abolita* TALENTA *reuocare, commerciumq́; viuentium non dicere mortuorum; quia & nobis* IN FOSSA *pereunt, & illis in nullâ parte profutura linquuntur. Metallorum quippe ambitus ſo-*

*latia ſunt hominum. Nam diuitis* AVRI VENA *ſimilis eſt reliquæ terræ, ſi iaceat: vſu creſcit ad pretium, quando & apud viuos ſepulta ſunt, quæ tenacium manibus includuntur. Atque ideò* MODERATA IVSSIONE *decernimus, vt ad illum locum, in quo latere plurima ſuggeruntur, ſub publicâ teſtificatione conuenias; & ſi* AVRVM, *vt dicitur, vel* ARGENTVM *fuerit tuâ indagatione detectum, compendio publico fideliter vindicabis; ita tamen, vt abſtineatis manus à cineribus mortuorum.* ÆDIFICIA *tegant cineres;* COLVMNÆ *vel* MARMORA *ornent ſepulchra:* TALENTA *non teneant, qui viuendi commercia reliquerunt.* AVRVM *enim ſepulchris iuſtè detrahitur, vbi dominus non habetur: imò culpæ genus eſt, inutiliter abditis relinquere mortuorum, vnde ſe vita poteſt ſuſtentare viuentium. Non eſt enim cupiditas eripere, quod nullus ſe dominus ingemiſcat amiſiſſe.* Albanis certè pecuniam cum mortuis ſepelire mos erat proprius; vnde Plautini illi ioci in Pſeudolo:

Alexand. ab Alex. lib 3. c. 2. Actu 1. Sc. 4.

*Ex hoc* SEPVLCHRO *vetere* VIGINTI MINAS
*Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.*

Lib. 1. Fab. 27.

Et Fabella apud Phædrum:

*Humana effodiens oſſa,* THESAVRVM *Canis*
*Inuenit: & violauit quia Manes Deos,*
*Iniecta eſt illi diuitiarum cupiditas,*

*Pœnas*

*Pœnas vt ſanctæ religioni penderet.*
*Itaque* AVRVM *dum cuſtodit, oblitus cibi*
*Fame eſt conſumptus: quem ſtans Vulturius ſuper*
*Fertur locutus: O canis meritò iaces,*
*Qui concupiſti ſubitò* REGALES OPES
*Triuio conceptus, & educatus ſtercore.*

Lib. 7. Antiq. Iud. & ab illo Lipſius de Magnitudine Hebræâ lib. 2. c. 1. Operis M. S.

I. Exempla illuſtriora iam adduco: Ioſephus in primis hoc elogio Dauidem afficit: *Tantas eum opes reliquiſſe, quantas nemo vel Hebræorum Regum, vel aliarum gentium.* Si ille hoc verè. & quídni verè? res mox docebit. Plus igitur Dauid, quàm Aſſyrij, Ægyptij, Perſici illi Reges habuit & reliquit. Argumentum ex eodem Ioſepho, quòd Salomon eius heres, & Sceptri opumque ſucceſſor, non contentus ſplendidè funus eius curaſſe; καὶ δὴ (verba enim ipſa danda ſunt) πλοῦτον αὐτῷ ϐ ἄφθονον συνεκήδευσεν: *Etiam prœtereà* PECVNIAM MVLTAM *&* COPIOSAM *cum eo ſepeliuit.* Hoc verum eſſe docet, & exemplum addit: Hyrcanum Pontificem multis pòſt annis, cùm ab Antiocho oppugnaretur, & pecuniâ opus ad placandum Regem eſſet, aperuiſſe monumentum Dauidis, & eruiſſe tria millia talentorum (ea ſunt octodecies centena millia aureorum.) Iterumq; Herodem diu pòſt reſeraſſe, & multas item opes extuliſſe; & neutrum tamen

ad ipſos Regum loculos perueniſſe, in quibus (ſcilicet credibile) meliora & maiora fuiſſent. Narrat hoc ipſum de tribus illis talentorum millibus libro alio; & addit fretum eâ pecuniâ Hyrcanum, primum omnium externum militem cœpiſſe alere cuſtodiæ ſuæ causâ. Itemque de Herode poſteà ſuo item loco; exhauſtum eum expenſis, & cùm de Hyrcano audiſſet, ipſum quoque ignaro populo de noctu cum amicorum fidiſſimis ſepulchrum ingreſſum; ſed pecuniam quidem non reperiſſe, Κόσμον δὲ χρυσοῦ καὶ κειμηλίων πολλὸν: *Ornatum verò* AVRI *&* CIMELIORVM *plurimum*; quæ vniuerſa abſtulit. Inuitatus igitur vt introrſus pergeret, & ad ipſa conditoria Regum cùm conaretur, duo ſatellites igne ab interioribus erumpente exanimati ſunt: atque ita metu & religione tactus receſſit. Talia, & tot igitur qui ſepeliit, quid credimus eum retinuiſſe?

Lib. 10. cap. 3. II. Curtius in Hiſtoriâ Alexandri: *Fortè Sepulchrum* CYRI (Regis Perſarum) ALEXANDER *iuſſit aperiri, in quo erat conditum eius corpus, cui dare volebat inferias.* AVRO ARGENTOQVE *repletum eſſe crediderat, quippe ita famâ Perſæ vulgauerant: ſed præter* CLYPEVM *eius putrem, &* ARCVS *duos Scythicos, &* ACINACEM, *nihil repe-*

*reperit. Ceterùm* CORONA AVREA *impositâ,* AMICVLO, *cui assueuerat ipse,* SOLIVM *in quo iacebat velauit, miratus tanti nominis Regem, tantis præditum opibus, haud pretiosiùs sepultum esse, quàm si fuisset è plebe. Proximus erat lateri Spado, qui Regem intuens: Quid mirum, inquit, est inania* SEPVLCHRA *esse* REGVM, *cùm Satraparum domus* AVRVM *inde egestum capere non possint? Quod ad me attinet, ipse hoc bustum anteà non videram; sed ex* DARIO *ita accepi,* TRIA MILLIA TALENTVM *condita esse cum hoc* CYRO; seu decies octies centena millia aureorum, quot Hyrcanus eruerat è sepulchro Dauidis.

III. Laurentius Surius in Commentario Rerum in Orbe gestarum sub initium anni M.D.XLIV. Anno 1544.
*Mense,* inquit, *Februario Romæ in Vaticano, haud procul à Tiberi, cùm in sacello S. Petri fundamenta foderentur, inuenta est marmorea arca longitudine pedum octo & semis, latitudine quinque, & sex altitudine, in quâ condita fuit* MARIA, HONORII *Imp. coniux, quæ virgo obiit, morte abrepta ante nuptias. In eâ arcâ, corpore absumpto, aliquot tantum* DENTES *supererant,* CAPILLIQVE, *ac* TIBIARVM *ossa duo: præterea* VESTIS & PALLIVM, *quibus tantum* AVRI *fuit intextum, vt ex his combustis auri pondo* XXXVI. *collecta sint. Erat insuper* CAPSVLA

ARGEN-

ARGENTEA *longa pedem vnum & semissem, latitudine digitorum* XII. *in quâ vascula multa ex* CRYSTALLO, *nonnullaq; ex* ACHATE *perpulchrè elaborata. Item* ANNVLI AVREI XL. *varijs gemmis ornati. Erat &* SMARAGDVS AVRO *inclusus, in eoq;* SCVLPTVM *caput, quod creditum est ipsum* HONORIVM *referre. Is quingentis Aureis, nempe Ducatis, æstimatus est. Præterea inaures, monilia aliaq; muliebria ornamenta; in quibus vna earum, quas hodie* AGNVS DEI *vocant, per cuius ambitum inscriptum erat:* MARIA NOSTRA FLORENTISSIMA; *laminaq; ex auro, & in eâ hæc nomina:* MICHAEL, GABRIEL, RAPHAEL, VRIEL, *Græcis litteris. Item veluti racemus ex smaragdis alijsq; gemmis consertus, & discriminale longitudine* XII. *digitorum, inscriptum hinc:* DOMINO NOSTRO HONORIO. *hinc:* DOMINA NOSTRA MARIA. *Ad hæc inerat sorex ex chelidonio lapillo, cochleaq; & patera ex crystallo. Item pila ex auro, lusoriæ similis; sed quæ in duas partes diuidi potuit. Innumeræ penè aliæ inerant gemmæ; quarum etsi plurimæ vetustate corruptæ, nonnullæ tamen recentem admirandamq; pulchritudinem retinebant. Et hæc omnia* STILICO *filiæ dedit pro dote.* Addunt [a] Bosius, & [b] Aringhus de Sacrâ antiquitate optimè meriti, integrum

[a] Romæ Subterr. lib. 2. c. 7.
[b] Tom. 1. lib. 2. c. 9. num. 11.

grum Thesaurum delatum fuisse ad PAVLVM III. P. M. qui omne aurum separatim conflari iussit ad libras XL. in nouam fabricam impensas: &, quod vero simile est, credita fuisse munera ab Honorio Sponsæ transmissa, de quibus Claudianus: De Nuptiis Honorij.

*——Iam* MVNERA *nuptæ*
*Præparat,& pulchros,*MARIÆ *sed luce minores,*
*Eligit* ORNATVS; *quidquid venerabilis olim*
LIVIA, *diuorumq; nurus gessère superbæ.*

IV. Iornandes de funeratione Alarici Regis Gothorum: *Barentinum amnem, iuxta Consentinam ciuitatem, de alueo suo deriuant; huius in medio, collecto captiuorum agmine, sepulturæ locum effodiunt; in cuius foueæ gremio* ALARICVM *cum* MVLTIS OPIBVS *obruunt; rursumq; aquas in suum alueum reducentes, ne à quoquam locus quandoque cognosceretur, fossores omnes interemerunt.* Lib. de Rebus Gothicis.

V. Iornandes idem de Attilæ Regis Hunnorum sepulturâ: *Noctu secretò cadauer est terrâ reconditum; cuius opercula, primum* AVRO, *secundum* ARGENTO, *tertium* FERRI *rigore communiunt. Addunt* ARMA *hostium cædibus acquisita,* PHALERAS *vario* GEMMARVM *fulgore pretiosas, & diuersi generis* INSIGNIA, *quibus colitur* AVLICVM DECVS. Lib. cit.

Anno 585. VI. Sigebertus Gemblacensis ex M. S. meo: CVNTRANVS *Francorum Rex in venando fessus, dum in gremio armigeri sui dormiret iuxta riuum aquæ, vidit armiger de ore Regis paruum exire animal; cui volenti riuum transire, nec valenti, armiger gladio trans riuum posito, viam ei eundi & redeundi parauit: quo iterùm in os eius intrante, Rex experrectus & stupefactus, dixit, se per somnium per pontem ferreum transisse, & sub* MONTE *quodam multos* THESAVROS *vidisse; vbi cùm perrexisset, secundùm fidem somnij* THESAVROS MAGNOS *inuenit, eosq́ acceptos sanctæ Ecclesiæ vsibus delegauit.* Eadem refert Aimoinus ac disertè

Lib. 3. cap. 3. narrat: *Guntramum speluncam in radice cuiusdam montis constitutam ingressum, ibiq́* THESAVROS INÆSTIMABILES *reperisse.* Non dubito eo loci sepulturam alicuius Principis fuisse. Ait enim Seruius Interpres Virgilij: *Apud maiores, Nobiles aut sub* MONTIBVS ALTIS, *aut in ipsis* MONTIBVS *sepeliebantur.* Illud Guntrami somnium, Palmæ Sequanorum oppido, insculptum est opere anaglypho in arcâ sepulchrali Garneri, seu

Anno 765. Warneri de Diuione; de quo sic Albericus: *Iste Dux* GARNERVS *fundauit Abbatiam Monialium de* BALMIS, *vbi & positus fuit, & adhuc nobilißimam habet ibi sepulturam.* Luculentis possessionibus

&

& annuis reditibus auctum ab eo Parthenonem dicere voluit. Vide, si lubet, Vesontionem meam. Parte 2. pag. 64.

VII. Paulus Diaconus, de Narsete Duce Italiæ: *Eius corpus positum in locello plumbeo cum* OMNIBVS *eiusdem* DIVITIIS, *Constantinopolim est perlatum.* Addit Regino de Tiberio II. Orientis Imperatore: An. 600. *Huic etiam* THESAVRVS *Narsetis, à quodam sene, qui eum cum alijs terræ mandauerat, manifestatus est; qui tantus fuit, vt vix per multos dies cisterna, in quâ iacuerat, potuerit euacuari.* Et Fredegarius Scholasticus de eodem Cap. 80. Narsete: THESAVRVM *eius Tiberius, absconditam sub terrâ inuenit nimiam multitudinem ponderum* AVRI *&* ARGENTI, *seu &* LAPIDES PRETIOSOS. *Quod idemq; largiter Tiberius in alimonijs distribuit pauperum.*

VIII. Gregorius Turonensis de illustri Francicâ muliere: Lib. 8. cap. 21. *Ante paucos autem dies, mortua propinqua vxoris* (Bosonis Guntchramni, Primatis in Aulâ Childeberti Francorum Regis) *sine filijs, in Basilicâ vrbis Metensis sepulta est cum* GRANDIBVS ORNAMENTIS *&* MVLTO AVRO. Deinde post nonnulla: *Venerunt pueri Bosonis Guntchramni ad Basilicam, in quâ mulier erat sepulta: ingressi, conclusis super eos ostijs, detexerunt sepulchrum, tollentes & auferentes* OMNIA

ORNAMENTA *corporis defuncti, quæ reperire potuerunt.*

In Vitâ Car. Magni, c. 24. IX. Monachus Egolismensis S. Eparchij, de Carolo Magno Imp. Aquisgrani sepulto: *Corpus eius aromatizatum est, & in* SEDE AVREA *sedens positum est; in curuaturâ sepulchri* ENSE AVREO *accinctus,* EVANGELIVM AVREVM *tenens in manibus, & genibus reclinatis in cathedrâ, & capite honestè erecto, ligato* AVREA CATENA *ad diadema. Et in diademate* LIGNVM S. CRVCIS *positum est. Et repleuerunt sepulchrum eius aromatibus, pigmentis, & balsamo, &* [a] *Musco, &* THESAVRIS MVLTIS IN AVRO. VESTITVM EST CORPVS EIVS VESTIMENTIS IMPERIALIBVS, *& sudario sub diademate facies eius operta est. Cilicium ad carnem eius positum est, quod secretò semper induebatur: & super vestimentis Imperialibus* PERA *peregrinalis* AVREA *posita est, quam portare Romam solitus erat.* SCEPTRVM AVREVM, & SCVTVM AVREVM, *quod* LEO PAPA *consecrauerat, ante eum posita sunt dependentia; & clausum & sigillatum est sepulchrum eius.*

a l. Moscho.

X. Vltimum exemplum esto sepulchrum CHILDERICI ipsissimi: cùm enim, vt iam ostendimus, plena sit vetus Historia, etiam Francica,

cica, Theſaurorum eiuſmodi, rerumque aliarum in ſepulchra conditarum, dubitare ſit nefas de hoc noſtro, in quo reperta aurea ornamenta Regiaque morem iſtum Francicum teſtantur; ac palàm dant intelligi, ipſum Regem CHILDERICVM, cuius nomen in annulo comparet, eodem ipſo loco tumulatum.

## CAPVT IV.

### *Vita* CHILDERICI I. *Francorum Regis compendio expreſſa.*

CHILDERICVS, primus eius nominis Francorum Rex, circa annum Christi CD. XXXVI. Anno 436.
naſcitur Samarobrinæ, Ambianorum vrbe, quam Lib. 1.
Rorico vocat *Solum eius proprium.* Pater illi Merouēus Rex, affinis & ſucceſſor Clodionis; matris nomen ignoratur. Adoleſcens anno- Fredeg. cap. 11.
rum XV. *cùm ab Hunnis vnà cum matre capti-* Anno 451.
*uus duceretur, à* WIOMADO *Franco, ceteris fideliſsimo, fugaciter liberatus eſt.* Quo facto, gratiæ & auctoritatis apud Childericum prima fundamenta iecit; de quibus infrà locus erit opportu- Vide infrà c. 8.
nior plura dicendi. Captiuum fuiſſe & mox libertati aſſertum exiſtimo, cùm, excisâ Tungrorum ciuitate, Hunnorum agmina vndequaque

In Paneg. Auiti. circumfundebantur; atque, vt canit Sidonius:

*Cùm iam terrificis* DIFFVDERAT ATTILA *turmis*
*In campos se* BELGA *tuos.*

L.6.de Emend. temp. Anno 448. 455. Insinuat Iosephus Scaliger, *Meroueum septem dumtaxat annos regnasse*; hoc est, ab anno CD.XLVIII. vsque ad annum CD.LV. qui fuit Childerici Regis primus, vt sentiunt Christophorus[a] Browerus, [b] Ioannes Smithius, Godefridus [c] Henschenius, & antiquior Hermannus Contractus. Iste sic ad illum annum: *Hoc tempore apud Francos mortuo* MEROVEO REGE, HILDERICVS *filius eius regnat annis* XXIV. Sigebertus verò propiùs scribit regnasse annis XXVI. Clodio Crinitus Disbargo egressus, recto itinere quæsiuerat Tornacum, Cameracum, Atrebatum; Somonâque fluuio bello parta terminauerat. Meroueus, Childerici pater, Mosellam versus & Rhenum dominationem extenderat; sed quæ postmodum armis Attilæ cessit. Childericus igitur, iam inde à puero ad paternum latus ac genium educatus, eamdem inire bello viam, vt amissa recuperaret; de quo Sidonius Apollinaris:

a Lib. 5. An. Treuir.
b In Nouiomago.
c In Diatribâ l. 1. cap. 2.

In Paneg. Auiti.

FRANCVS *Germanum primum*, BELGAMQVE *secundum*
*Sternebat, Rhenumq; ferox* ALAMANNE *bibebas;*
*Romanis ripis, & vtroque superbus in agro,*

*Vel*

*Vel ciuis, vel victor eras. Sic perdita cernens*
*Terrarum ſpatia Princeps iam* MAXIMVS,*vnum*
*Quod fuit in rebus, peditumq́; equitumq́; Magiſtrum*
*Te ſibi*, AVITE, *legit.*——

Sublato Valentiniano III. Petronius Maximus Imperium arripuit. Quâ occaſione Childericus, qui Regni propagandi ſtudio flagrabat, arma ſumpſit, Romanaſque Prouincias factâ irruptione laceſſiuit. Maximus Auitum Aruernum laborantibus Gallis Romaniſque ſuppetias ire iuſſit, & Childericum non tam Mars vltor, aut verſatilis Fortuna, quàm vagâ libidine Venus Regno exulare compulit. Gregorius Turonenſis de illo: *Cùm eſſet nimiâ luxuriâ diſſolutus, & regnaret ſuper Francorum gentem, cœpit filias eorum ſtuprosè detrahere. Illi quoque ob hoc indignantes, de Regno eum eijciunt. Comperto autem quòd eum etiam interficere vellent*, THORINGIAM *petijt.* Addit Papirius Maſſonus: *Exemplo publicè ſalubri, vt Reges in ſummâ omnium rerum poteſtate, ne ſibi quiduis licere intelligerent.* Pergit Turonenſis: *Thoringiam petijt, relinquens ibi* [in Franciâ] *hominem ſibi charum* [Wiomadum] *qui virorum furentium animos verbis lenibus mollire poſſet; dans etiam* SIGNVM, *quando redire poſſet in patriam: id eſt*

L.2.c.12. Sigeb. An.461.

Lib.1. Annal.

DIVI-

DIVISERVNT *ſimul* VNVM AVREVM: & VNAM *quidem* PARTEM *ſecum detulit* CHILDERICVS; ALIAM *verò* AMICVS EIVS *retinuit*, *dicens: Quando* HANC PARTEM *tibi miſero, parteſq; coniunctæ* VNVM *efficient* SOLIDVM, *tunc tu ſecuro animo in patriam repedabis.*

Mutuum illud Childerici & Wiomadi ſignum, ſiue teſſera, vetuſtiſſimum ſapit morem, hactenus inexplicatum. In abacis Antiquariorum frequens eſt mediæ magnitudinis nummus ex ære flauo vel nigro, qui exhibet Auguſti Cæſaris & M. Agrippæ auerſa mutuò capita: in poſticâ autem parte Crocodilum, animal Nilo familiare, palmæ arbori alligatum. Signauit illum COLONIA Galliæ Narbonenſis NEMAVSVS vtriuſque Principis honori, poſt Ægyptum captam. Nummorum eiuſmodi partes dimidiæ dextræ, quæ Auguſti caput referunt, repertæ ſunt Romæ, cùm illic ageret amicus noſter Cl. Menetrius, qui eas vocabat *Arrhas*, nulla adiectâ explicatione; biniſque donauit fratrem meum Philippum Chifletium, Abbatem Balernenſem, flauâ vnâ, nigrâque alterâ; qui & tertiam accepit (itidem nigram, ſed ſiniſtram, Agrippæ capite ſignatam, & in hoc Belgio repertam) à Carolo Brooman ciue Bruxel-

Bruxellensi, Rei antiquariæ apprimè studioso. Nummum diuisum hîc exhibeo, vsurpatum, meâ sententiâ, pro Arrhabone, siue tesserâ inter amicos absentes, & longè dissitos.




*Amicitiam* enim, *quæ est amicorum coniunctio, locus non dirimit.* Qui manebat Romæ, partem dextram seruabat Augusti capite signatam; qui peregrè proficiscebatur, sinistram cum Agrippæ effigie deferebat; quòd existimaret Gentilis vetustas, LARES DEOS defunctorum animas esse, qui quæ opera fecissent in vitâ, eadem mortui tuerentur. Sic autem de Augusto Suetonius: *Desumptâ sibi* FLAMINIA VIA *Arimino tenus muniendâ, reliquas* TRIVMPHALIBVS VIRIS *ex manubiali pecuniâ sternendas distribuit.* Dio de eodem: *Ipse* VIARVM, *quæ sunt circa Romam, curator constitutus*, MILLIARIVM AVREVM *quod vocatur, fecit: quiq́ue* VIIS *muniendis præessent,* PRÆTORIOS VIROS *suffecit, qui binis lictoribus vterentur.* Hieronymus Zurita: *Neque Italiam modò, sed & vniuersas Romani Imperij prouincias*

Laërt. l.1.c.1.

Cap.30.

Lib.54.

In Prolog.ad Itin.Anton.

*uincias eodem decore atque ornamento idem Princeps affecit; vt Præsides, & qui pro Consulibus eo munere fungerentur, faciliùs prouinciarum vrbes atque conuentus obirent.*

L.3.c.2. M. Agrippam Plinius scribit, *Terrarum Orbem proposuisse Vrbi.* Strabo, viis militaribus Gallias muniuisse. Hæc sunt eius verba: *A Lugduno Galliarum partitus est* VIAS; *vnam, quæ per Cemmenos montes vsque ad Auctones & Aquitaniam; aliam ad Rhenum; tertiam ad Oceanum, & Belloacos, & Ambianos; quartam in agrum Narbonensem ac littus Maßiliense.* Sperabat ergo amicus, qui Romæ manebat, Augustalis vultus, vt domestici Laris cultu, amicum abeuntem in profectione suâ felicem fore; ac se vicissim fortunatum peregrinator, quòd Agrippæ imaginem vt LAREM VIALEM secum gestaret & coleret. Sic vt nummus ille bipertitus quædam esset amoris arrha, per quam corda absentium amicorum longè dissita mutui complexus desiderio alerentur. Et verò nummum, ante vsum Annulorum, apud Romanos in arrhabonem fuisse datum, docet insignis iste ac sincerus Plinij locus, qui Dalechampij curam ac sedulitatem fugit: *Celebratior quidem vsus cum fœnore cœpiße debet. Argumento est consuetudo vulgi ad spon-*

Lib.4. [margin note beside "lias muniuisse"]

Lib.33. cap.1. ex M.S. meo. [margin note beside "Plinij locus"]

*ſponſiones etiamnum* IN ANNVLO, *exiliter acta alio tempore, quo nondum erat* ARRHA *velocior: vt planè affirmare poſſimus*, NVMMOS ANTE *apud nos, mox* ANNVLOS *cœpiſſe.*

Sed reuertamur ad Gregorium, qui de Childerico noſtro continenter: *Abiens ergo in Thoringiam, apud Regem* BISINVM, *vxoremq́; eius* BASINAM *latuit. Deniq; Franci hoc eiecto,* ÆGIDIVM *vnanimiter Regem adſciſcunt.* Ad Ægidium Romano ſanguine, qui *Magiſter militiæ* apud Sueſſiones agebat, Franci, præteritis ſuæ gentis Principibus, Regni detulêre gubernacula. Magnum & animi & corporis dotibus fuiſſe tradunt, maiorem cultu Chriſtianæ Religionis. Illum eſſe exiſtimo, quem Sidonius Apollinaris, ad Maiorianum Cæſarem ſcribens, ſic dilaudat: Car. 5.

*Qui tibi prætereà Comites, quantuſq́;* MAGISTER
MILITIÆ, *veſtrum poſt vos qui compulit agmen,*
*Sed non inuitum! dignus cui cederet vni*
SYLLA *acie, genio* FABIVS, *pietate* METELLVS,
APPIVS *eloquio, vi* FVLVIVS, *arte* CAMILLVS.

*Cumq́; octauo anno Ægidius ſupra eos regnaret,* ait Gregorius, AMICVS *ille fidelis* [Wiomadus] *pacatis occultè Francis, nuntios ad* CHILDERICVM *cum parte illâ* DIVISI SOLIDI, *quam retinuerat, mittit. Ille verò certa cognoſcens indicia quòd à* Sigeb. an. 469.

*Francis desideraretur, ipsis etiam rogantibus à Thoringiâ regressus, in Regnum suum est restitutus.*

Cap.11. Refert Fredegarius in Historiâ Francorum epitomatâ, profectum Constantinopolim CHILDERICVM ad MAVRITIVM Imperatorem, eue-ctuque nauali in Franciam reuersum. Sed repugnat ordo temporis: vixit enim Mauritius integro sæculo post Childericum. In Chronico R. P. Alexandri Wilthemij, quod scriptum est

Anno 810. anno DCCC. X. legitur *Martianus*, non *Mauritius*: hæc sunt sincera Auctoris verba: CHILDERICVS *habitans primùm in Toringiâ apud Regem* BISSINO, *deinde Constantinopoli apud Imperatorem* MARTIANVM *latuit Francis.* Sed

Sigeb. anno 461.469. nec ista consentiunt cum veritate historicâ, ex quâ constat, Childericum anno CD. LXI. à Francis pulsum, annis octo exulasse, ac tandem re-

Baron. to.6. Anno 450.457. uersum anno CD. LXIX. Marcianus autem imperare cœpit in Oriente anno CD. L. mortuus CD. LVII. Addi potest, illius itineris Constantinopolitani nullam mentionem fieri à Gregorio Turonensi, qui aliis omnibus antiquior est, æuoque Childerici proximior. Vt (meâ quidam sententiâ) reuersus sit ex Thuringiâ in patriam Chil-

Lib.1. cap.7. dericus viâ terrestri, quemadmodum Aimoïnus distinctè: E MEDIO ITINERIS *mittit, qui* WI-

NOMA-

NOMADO *aduentum nuntiet ſuum, & edicat, vt ſibi feſtinatè occurrat: quod ille, iunctis ſibi Francorum Proceribus, maturatò impleuit; & apud* CASTRVM, *cuius nomen* BARRVM *eſt, ei occurrit. Præceperat porrò præfatus* DVX [Wiomadus] BARRENSIBVS, *vt cum ſummo honore Regem aduenientem exciperent; cuius ipſi præcepto parentes, honorificentiſſimè eum obuiàm proceſſi ſuſceperunt; quod Rex pro omine accepit, gratanterq́ eorum obſequio vſus,* TRIBVTVM, *quod Regni eius dependebat partibus, liberalitate indulſit Regiâ.*

Caſtrum illud Barrum Fauchetus interpretatur *Barrum Ducis*; Belleforeſtius *Barrum ad Sequanam:* ſed neuter locum attigit; cùm illa duo caſtra longè ſint recentiora Childerici Regis æuo; cuius ne dominatus quidem intra Galliam tam longè protendebatur, Somonâ fluuio tunc terminatus: præterquam quòd arces illas hodieque ſitas conſtet extra viam Childerici, è Turingiâ redeuntis Ambianum, natale ſolum ac domicilium. Oliuarius Vredius ſagaci mente: *Quòd Ajmoïnus ſcribit libro primo, capite ſeptimo, Francos* CHILDERICO *è Toringiâ venienti occurriſſe ad* BARRVM CASTRVM, *nullo modo intelligendum caſtrum Ducatus Barrenſis, quod recentius eſt; ſed aliquod caſtrum in Brabantiâ, aut*

Lib. 2. cap. 15. Lib. 1. cap. 5.

In Veteri Flandr. p. 688.

*Batauiâ*. Quod ad me attinet, ego Barrum illud existimo fuisse oppidum Taxandriæ in Campinia Brabanticâ, quod vulgò *Per*, ex quo factum sit Latinè *Barum*. Auentinus Germanus perspicuè: *Habet etiam B non paruam adfinitatem cum P; vbi in nostrâ linguâ est sonus P, Latini ferè B accipiunt*. Præterea ex veterum Francorum & Flandrorum Ber factus est *Baro*. Glossarium vetus: Ber/ *Baro, vir*. Et Spelmannus in Glossario: *Quod priscis Anglo-saxonibus (vt passim occurrit)* PER *recentioribus est* BAR. Flandri etiam à *Ber* & *Bar* deriuant *Bernage* & *Barnage*, pro Baronis clientelâ; vt item *Perg* & *Purg* efferunt promiscuè Berg & Burg/ perantiquâ litterarum demutatione; quandoquidem, Scauro teste, pro *Poblicolâ* prisci dixêre *Boblicola*. Et Cato Censorinus apud Fabium, *dicam & faciam*, *dicem & faciem* scripsit. Addo insuper, in oppido *Per* (nunc Comitatu) superesse vestigia castri veteris, vbi nunc est monasterium feminarum. Coniecturam meam iuuat egregiè itineris ratio: scribit enim Aimoïnus, *Childericum* E MEDIO ITINERIS *misisse, qui VViomado aduentum nuntiaret suum; VViomadumq́; apud* CASTRVM BARRVM *Childerico occurrisse*. Ab Ambiano, Childerici Regiâ, vsque ad Erfurdiam, vel certè ad Regiam

In Nomenclaturâ.

Lib. 1. cap. 7.

giam Turingorum arcem ( cuius adhuc rudera ſuperſunt ) numerantur milliaria Brabantica, hoc eſt leucæ horariæ, centum triginta. In medio itinere eſt Colonia Agrippina ad Rhenum; vbi credi par eſt aliquamdiu ſubſtitiſſe Childericum, indeque miſiſſe nuntium ad Wiomadum, qui ſtatim ipſi occurrit ad *Perum* noſtrum, ſiue *Barum*, quod leucis quinquaginta horariis diſtat ab Ambiano, à Coloniâ quindecim.

Progreditur Gregorius Turonenſis: *His ergo regnantibus ſimul* [Childerico & Ægidio] BASINA *illa, quam ſuprà memorauimus, relicto viro ſuo, ad* CHILDERICVM *venit: qui cùm ſollicitè interrogaret, quâ de causâ ad eum de tantâ regione veniſſet, reſpondiſſe fertur: Noui, inquit, vtilitatem tuam, quòd ſis valdè ſtrenuus; ideoq; veni, vt habitem tecum. Nam noueris, ſi in tranſmarinis partibus aliquem cognouiſſem vtiliorem te, expetiiſſem vtique cohabitationem eius. At ille gaudens, eam ſibi in coniugio copulauit: quæ concipiens peperit filium; vocauitq; nomen eius* CHLODOVEVM. *Hic fuit magnus, & pugnator egregius.* Rorico eodem Lib. 1. ſenſu, ſed enucleatiùs: BASINA *quoque,* BISINI *Regis vxor, apud quem latuiſſe præmonſtrauimus* CHILDERICVM, *ſæpiùs, relicto viri thoro, conſortium*

*ſortium noſtri Regis eſt experta : quamobrem & eum nec multò pòſt in Franciam eſt ſecuta, cupiens loco vxoris habitare cum eo: quam* CHILDERICVS *cùm inſperatè conſpexiſſet, & ad quos vſus de tam* LONGINQVA PROVINCIA *ad eum properaſſet, inquireret; illa, poſtpoſito pudore muliebri, vt erat nimis luxurioſa, tale fertur dediſſe reſponſum: Quoniam noui* VTILITATEM *tuam,* & PVLCHRITVDINEM, *& quòd ſis habilis & ſtrenuus, è domo veni, vt habitem tecum.* His addunt Fredegarius & Aimoïnus animalium formas, leonum, vnicornium, pardorum, vrſorum, luporum, canum, minorumque beſtiarum, quas nocte nuptiarum Childericus vidit, admonente & explicante Baſinâ; quam idcircò Trithemius *mulierem ſagam* vocat. Belgæ noſtri, è contrario, feminam frugi & cordatam hodieque appellant **Baſinne** / & diminutiuè **Baſinneke.**

Cap. 12. Lib. 1. cap. 8. In Compendio.

Ceterùm *de Pariſiorum longâ obſidione per Francos* ( Baronij verba ſunt, ſed extra temporis ordinem adducta) *mentio habetur in Actis ſanctiſſimæ Virginis* GENOVEFÆ, *quæ miro modo periclitantem fame populum liberauit; potitos tandem eſſe* FRANCOS *Pariſiorum ciuitate, & in eâ* CHILDERICVM *eorum Regem ſedem firmaſſe, eadem Acta, fidelia ſanè, teſtantur.* Quâ autem vene-

Anno 456. n. 6.

veneratione Genouefam prosecutus fuerit Childericus, alio loco dicemus. Debentur illi ingentis animi facinora, quæ Francis generatim accenset Sigebertus anno CD. LXXV. *Franci*, inquit, *post Vandalos & Alanos, post Gothos & Hunnos, incessunt* GALLIAS; *non tantùm vt eas habeant direptioni, sed vt sibi sint perpetuæ habitationi; qui captâ* COLONIA AGRIPPINA, *fugato de bello Duce* ÆGIDIO, *multos Romanorum occidunt.* Rorico monachus: CHILDERICVS *Rex hac tempestate, collato Francorum exercitu,* AGRIPPINAM *ciuitatem super Rhenum fluuium est adgressus; quam omni bellorum apparatu circumdans, tandem populum eumdem nimiâ cæde vastatum deuicit. Hanc regebat Romanus* ÆGIDIVS; *sed tanto exercitui resistere non valens, vrbe progressus, fugæ consuluit; & sic furorem Regis euasit.*

Infrà cap. 13.
An. 475.
Lib. 1.

Iterùm Sigebertus anno CD. LXXVI. *Franci* TREVERIM *ciuitatem super Mosellam capiunt.* Rorico continenter: *Inde progredientes* FRANCI, TREVERIS *ciuitatem, super Mosellam fluuium, vastantes cœperunt. Eo tempore mortuus est* ÆGIDIVS *Romanorum tyrannus; & eius filius, nomine* SIAGRIVS, *apud Suessionem ciuitatem in* PATERNO SOLIO *sublimatur.* Anno 476.

Sigebertus ordine temporum, anno CD.LXXVII. An.477.

HILDERICVS *Rex Francorum* AVRELIANIS
Lib.2. cap. 18. *vrbem deuastat.* Gregorius Turonensis: CHILDERICVS *Aurelianis pugnas egit.* Rorico etiam: *Recollecto iterùm* CHILDERICVS *Rex Francorum exercitu*, AVRELIANIS *vsque peruenit, terras omnes, quæ sunt in circuitu, nimiâ feritate depopulans.*

De Expeditione in Andegauos Sigebertus an-
An.481. no CD.LXXXI. HILDERICVS *Rex* ANDEGAVIS *incendit, &* PAVLVM *Comitem vrbis perimit.*
Loc.citat. Gregorius Turonensis: *Veniente verò Odoacrio* ANDEGAVIS, CHILDERICVS *Rex sequenti die aduenit, interemptoq;* PAVLO *Comite, ciuitatem obtinuit.* Rorico de eodem Childerico: *Inde progreditur* ANDEGAVIS, *occursurus Adouagrio Duci Saxonum, qui eamdem* ANDECAVAM *debellauerat, atque protriuerat, relicto* PAVLO *Comite ad custodiendum ciuitatem. Cumq; Rex* CHILDERICVS *ex improuiso ciuitatem irrumperet, & Adouagrium Ducem obtruncare decerneret, naue subuectus Adouagrius aufugit; Regisq;* MVCRONE PAVLVS *obtruncatus est.*

Sigebertus denique anno prænotato: HILDERICVS *Rex, &* AVDOVACHRIVS *confœderati*,
Lib.2. cap.18. ALEMANNOS *sibi subiugant.* Et Turonensis: ODOACRIVS *cum* CHILDERICO *fœdus inijt*,

ALE-

ALEMANNOSQVE, *qui partem Italiæ peruaſerant, ſubiugarunt.* Illi Alemanni (aliis *Alani*) erant Gallo-germani, qui tempore Taciti decumates agros Rhenum inter Danubiumq́ue excolebant; quiq́ue poſtmodum traiecto Rheno, Belgicam frequenter infeſtarunt; de quibus hæc Sidonij verba iam adduxi:

—— *Rhenumq́; ferox* ALAMANNE *bibebas.*

His deuictis, Childericus, *cùm ad* SOLVM PROPRIVM, *hoc eſt, ad* AMBIANORVM VRBEM *remeare cuperet,* FEBRE CORREPTVS *ſpiritum exhalauit, & regendum populum* CLODOVEO *filio ſuo dereliquit.* Hæc Rorico; qui poſtremam Childerici expeditionem, à Gregorio Turonenſi ac Sigeberto memoratam, oſcitanter prætermiſit. Mortuus eſt igitur in reditu Childericus, & quidem Tornaci, vt ſepulchrum eius & exuuiæ nobis demonſtrarunt. Iacobus Gordonus de An. 459.
illo: *Primus, vt habent Francorum Hiſtoriæ, præeſt* FRANCIS *&* GALLIS *in vnum iam coaleſcentibus. Fateri tamen oportet, incerta illis initijs fuiſſe Regni incrementa: & omnes* CLODOVEVM *inſigniorem Regni fundatorem agnoſcunt.*

# CAPVT V.

CHILDERICVS *Rex ſepultus eſt Tornaci in Neruijs, ritu barbarico. Iuſtæ fuit & elegantis ſtaturæ; iacuit ad viam militarem.*

Lib. de Moribus Germanor.

ITa Corn. Tacitus de Germanis, ex quibus orti ſunt ij, qui poſteà dicti ſunt Franci: *Funerum* NVLLA AMBITIO*: id ſolum obſeruatur, vt corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec veſtibus, nec odoribus cumulant:* SVA *cuique* ARMA; *quorumdam igni &* EQVVS *adijcitur.* SEPVLCHRVM CESPES *erigit. Monumentorum arduum & operoſum* HONOREM *vt grauem defunctis arbitrantur.* Atque illa quidem fiebant æuo Taciti.

Tempore Sidonij Apollinaris, qui è viuis exceſſit circa annum Chriſti CD. LXXXII. floruitq; CHILDERICI Regis ætate, mos adhuc erat in Galliâ cremandi Gentilium cadauera, Chriſtianorumque humandi: *Campus ipſe*, inquit, *dudum refertus erat tam buſtualibus fauillis, quàm cadaueribus.* Gregorius Turonenſis, ſexti ſæculi teſtis oculatus, de ſanctâ Radegunde, mortuâ in vrbe Pictauienſi, refert, *in loco, Sacerdotali benedictione non ſacrato, locatam* CAPSAM IN FOSSA, *quæ ſpatio-*

Lib. 3. Ep. 12.

Lib. de Gloriâ Confeſſ. cap. 106.

*ſpatioſior facta eſt ablatis duorum ſepulchrorum ſingulis ſpondis.* Erant proculdubio ſepulchra Chriſtianorum, *qui veterem & meliorem conſuetudinem humandi cadauera frequentabant.* In Legibus Francorum Salicis, quæ latæ ſunt in Belgicâ ſub Pharamundo Rege, & in quibus nulla reperias veſtigia Chriſtianitatis, nulla fit mentio crematorum cadauerum, ſed humatorum dumtaxat. En vt loquuntur ipſæ Leges: Minut. Felix in Octauio.

TIT. XVII. de Expoliationibus.

*I. Si quis* HOMINEM MORTVVM, *antequam in* TERRAM *mittatur, in furtum* EXPOLIAVERIT, M.DCCC. *denarios, qui faciunt ſolidos* XLV. *culpabilis iudicetur.*

*II. Si quis* HOMINEM MORTVVM *exfodierit, &* EXPOLIAVERIT, IIIIM. *qui faciunt ſolidos* C. *culpabilis iudicetur.*

*IV. Si quis* MORTVVM HOMINEM *aut in* NOFFO, *aut in* PETRA *(quæ vaſa, ex vſu Sarcophagi dicuntur) ſuper alium miſerit,* MM.D. *denarios, qui faciunt ſolidos* LXII. *& dimidium, culpabilis iudicetur.*

*V. Si quis* ARISTATONEM *ſuper* HOMINEM MORTVVM *capulauerit, de vnoquoque* DC. *denarios, qui faciunt ſolidos* XV. *culpabilis iudicetur.*

Tit. lviii. de Corporibus expoliatis.

*I. Si quis* CORPVS OCCISI HOMINIS, *antequam in* TERRAM *mittatur, in furtum* EXPOLIAVERIT, MM. D. *denarios, qui faciunt ſolidos* LXII. *& dimidium, culpabilis iudicetur.*

*II. Si quis* HOMINEM MORTVVM *ſuper alterum in* PETRA, *aut in* NAVFO *miſerit, ſolidos* XXXV. *culpabilis iudicetur.*

*III. Si quis* TOMBAM *ſuper* MORTVVM HOMINEM *expoliauerit*, DC. *denarios, qui faciunt ſolidos* XV. *culpabilis iudicetur.*

*IV. Si quis* CHERISTADVNA *ſuper* HOMINEM MORTVVM *capulauerit; aut* SILAVE, *quod eſt* PORTICVLVS, *ſuper* HOMINEM MORTVVM *deiecerit; de vnaquaque* DC. *denarios, qui faciunt ſolidos* XV. *culpabilis iudicetur.*

*V. Si quis* BASILICAM *ſuper* HOMINEM MORTVVM *expoliauerit* M. CC. *denarios, qui faciunt ſolidos* XXX. *culpabilis iudicetur, excepto capitale & delaturâ.*

Tit. lxxi. de Baſilicâ incensâ.

*I. Si quis voluntario ordine, aut fortaſſe per negligentiam,* BASILICAM *incenderit,* VIII M. *denarios, qui faciunt ſolidos* CC.

Apud Francos ergo, iam regnante Pharamundo, cadauera non cremabantur, ſed veſtita

in

in terram mittebantur; vnde expoliatoribus pœna & effoſſoribus. Terrâ autem condebantur concluſa in *Nauffo*, vel in *Petrâ*, hoc eſt in ligneâ ſandapilâ, vel in arcâ lapideâ. Sepultis verò atque humo conditis ſuperponebant ornamenta funebria, *Ariſtatonem*, ſiue *Staphum*, qui in Gloſſis Lydij ad Clemangium, *Tegumentum* & *Tapetium* vertitur; præterea *Porticulum*, ſiue *Atriolum*, *Baſilicam*, ligneum maius ædificium; idque pro ſtatu & conditione perſonarum.

Qui Ariſtatonem capulauerat, hoc eſt truncauerat, inciderat; qui Tumbam, hoc eſt, ſepulchrum, exſpoliauerat; qui Porticulum deiecerat, ſolidis xv. aureis mulctabatur. Qui verò Baſilicam expoliauerat, ſolidis xxx. qui incenderat, ſolidis cc. Vnde apparet, Baſilicam fuiſſe ampliorem auguſtioremque ſtructuram, Magnatum ſepulchris deſtinatam; ſed ex ligno, quod incendio obnoxium erat.

Quadrata autem & oblonga erat Baſilica, quaternis ſtipitibus ſuffulta, aperta vndequaque & colluſtrata. Ortum habet eius vſus à Romanis, apud quos defunctis Imperatoribus ſtruebatur pyra è lignis, qualem Nummi exhibent: tranſiuit deinde ad Chriſtianos, apud quos *Capellæ*, quas ab incenſis cereis *Ardentes* vocamus,

mus, in Regum ac Principum funeribus ex ligno in eum finem eriguntur.

Vesontione Sequanorum, in naui mediâ & ferè imâ Ecclesiæ Metropolitanæ S. Stephani in monte, persæpè vidi Capellam eiusmodi, ante annos sexcentos structam è ligno, & eleganti opere, ante humilia sepulchra octo Comitum Burgundiæ antiquiorum. *Lignea fuerunt apud nos* (inquit Wendelinus) *ad annum fermè à Christo millesimum, omnia propè Monasteria & Basilicæ.* Idque ex more antiquissimo, cuius exemplum exstat in veteri Fragmento Historico apud Marcum Welserum, in hanc sententiam concepto: *Germanos, occupatis Rætijs, vrbem in planitie sub Alpibus, prope Noricorum fines, ad rapidißimorum amnium confluentes constituisse, vallo & foßâ sepsisse, Cisaram aut Zisaram, à* CISA, *vel* ZISA *Deâ (cuius* LIGNEVM TEMPLVM, *etiam post deductam Romanam Coloniam, inuiolatum manserit, deinde vetustate collapsum colli nomen dederit) appellasse.*

In Glossar. Salico.

Lib. 3. Rerum Aug. Vindelicor.

De perenni monumento seu Titulo, vel lapideo, vel marmoreo ad sepulchra veterum Francorum, in legibus Salicis nullum verbum: quippe qui *arduum & operosum honorem*, vt ait Tacitus, *grauem defunctis arbitrabantur.*

Loc. citat.

Ligneum igitur CHILDERICI conditorium fuisse

fuiſſe oportet, atque obductum ferro, cuius repertæ ſunt reliquiæ ligno ſic adhærentes, vt alterum ab altero vix poſſet ſeparari. Illud verò, aggeſto ceſpite, mox & prægrauante, ſubſedit ſcilicet; ita decora omnia terræ moles oppreſſit, preſſitque obliuio ad noſtrum hoc æuum.

Ceterùm iam vidimus ſuprà, ex veteri Genealogiâ Bruxellenſi, *Pharamundum* Regem ſepultum fuiſſe Barbarico ritu, *à la maniere Barbariſq;.* In eâ autem geneſi ſequitur de Clodione Rege: *Mourut Payen, & fut enſeuely, comme l'autre, à la mode Barbariſq;.* hoc eſt: *Paganus diem obijt, atque, vt alter, ſepultus eſt more Barbarico.* De Meroueo item hæc leguntur: *Il regna dix ans, puis treſpaſſa Sarrazin.* id eſt: *Decem annis regnauit, deinde mortuus eſt Paganus.* Tum poſtquam actum eſt de Childerico Rege, hæc habentur: *Touz ces quatre deuant ditz eſtoyent Payens, & furent enſeuelyz à la mode Barbariſq;.* Latinè: *Illi omnes quatuor ſuprà memorati erant Pagani, & fuerunt ſepulti Barbarico ritu.* hoc eſt externo & Regali more, quem Tacitus indicat, Lib. 16. Annal. vbi de Poppæâ Neronis: *Corpus eius non igni abolitum, vt Romanus mos, ſed* REGVM EXTERNORVM CONSVETVDINE *diſſectum, odoribus conditur, tumuloq; Iuliorum infertur.*

Insuper primi Græci vocarunt Barbaras reliquas nationes; vnde Plautus ait: *Marcus vortit Barbarè*, id est *Latinè*. Romani posteà, præter seipsos & Græcos, ceteros omnes appellauêre Barbaros. Item gens quælibet eam Barbaram vocat, cuius linguam non nouit; vnde Ouidius:

In Prolog. Asinar.

Lib. 5. Trist. El. 11.

BARBARVS *hîc ego sum, quia non intelligor vlli.*
*Et rident stolidi* VERBA LATINA *Getæ.*

In illâ autem Genealogiâ Reges Franciæ dicuntur sepulti *Barbarico ritu*, id est *suo Regali & paganico*; non eo qui communis esset etiam Christianis. Certè Tertullianus Gentilitatem vocat Barbaricam: *Ne quis* GENTILITATI *Græcanicæ aut* BARBARICÆ *consuetudinem illam adscribat.* Alio item loco: ETHNICÆ *quidem* DISCIPLINÆ *meracior &* BARBARIOR *modestia.* Clemens Alexandrinus Barbariem siue Gentilitatem sic describit: *Dicta est* BARBARIES, *quòd nullo mortales certo duce vitæ, nullo consensu viuerent; sed quod quisque sibi persuadebat, quodq; sua quemque voluntas hortabatur, id cuiq;* PRO LEGE *fuit.* Paulinus verò Nolanus ita de Gentilibus: *Ab vsu erroris antiqui, ob ignorantiam Dei,* RATIONIS INOPES [hoc est Barbari] *cassa nomina, tamquam ideò Numina quoque sint, in speciem corporatam,* STVLTIS COGITATIONIBVS *fingunt,* STVLTIVSQVE

De Veland. virg. c. 2.

Cap. 17.

Ep. 38.

TIVSQVE

TIVSQVE *quàm finxerunt, donant honore diuino.* Verùm præ aliis Saluianus Barbarorum nomen Christiano nomini videtur opposuisse: hæc sunt eius verba: *Duo genera in omni gente omnium Barbarorum sunt, id est, aut Hæreticorum, aut Paganorum.* Tum nonnullis interiectis, vbi Francos recenset inter Barbaros: *Nam cùm omnes* BARBARI, *vt antè iam diximus, aut* PAGANI *sint, aut* HÆRETICI; *de Paganis, quia peior illorum error est, priùs dicam. Gens* SAXONVM *fera est,* FRANCORVM *infidelis,* GEPIDARVM *inhumana, & HVNNORVM impudica; omnium denique gentium* BARBARORVM *vita vitiosa. Sed numquid eumdem reatum habent illorum vitia, quàm nostra? Numquid tam vitiosa est* HVNNORVM *impudicitia, quàm nostra? numquid tam accusabilis* FRANCORVM *perfidia, quàm nostra? aut tam reprehensibilis ebrietas* ALEMANNI, *quàm ebrietas* CHRISTIANI? *aut tam damnabilis rapacitas* ALBANI, *quàm rapacitas* CHRISTIANI? *Si fallit* HVNNVS, *vel* GEPIDA, *quid mirum est, qui culpam falsitatis penitus ignorat? Si periuret* FRANCVS, *quid ni faceret, qui periurium ipsum sermonis putat esse genus, non criminis? Et quid mirum, si hoc* BARBARI *ita credunt, qui Legem & Deum nesciunt; cùm maior ferè* ROMANI NOMINIS *portio ita existimet, quæ* Lib. 4. de Prouid.

*peccare se nouit?* Opponit Barbaros Saluianus nunc Christianis, nunc Romanis, seu Romano Imperio Christiano subiectis. Tales autem Barbari erant primi Francorum Reges, de quibus
Lib. 2. cap. 10. Gregorius Turonensis: *Hæc generatio* FANATICIS *semper* CVLTIBVS *visa est obsequium præbuisse; nec prorsus agnouêre Deum, sibiq; syluarum atq; aquarum, auium, bestiarumq;, & aliorum quoq; elementorum finxêre formas; ipsasq; vt deum colere, eiusq; sacrificia delibare consueti.* Pau-
Lib. 7. lus Orosius *Arbogastem*, qui Francus erat, appellat *Virum* BARBARVM, *& simulachrorum*
Carm. 5. *cultorem.* Sidonius Apollinaris Francorum Gentilium Saltationes vocat BARBARICAS *choreas:* & inferiùs:

—— BARBARICI *vaga festa thori.*

Ad antiquam illam Ethnicamque Barbariem pertinet quoque corporis proceritas. De Ger-
Lib. 16. & 17. manis (quos Ammianus *Barbaros*, eorumque *fruges, opes messesq;* vocat *Barbaricas*) sic spe-
Lib. de Germ. ciatim Tacitus: *Truces & cærulei oculi, rutilæ comæ,* MAGNA CORPORA, *& tantùm ad impetum valida.* Solinus de Germaniâ: *Diues virorum terra, frequens* POPVLIS *numerosis &* IMMA-
Lib. ad Agric. NIBVS. Tacitus rursum de Britannis: MAGNI ARTVS *Germanicam originem adseuerant.* Sidonius

nius de FRANCIS, qui à Germanis etiam ducebant originem: Carm. 5.

*Strictiùs assutæ vestes* PROCERA *coërcent*
MEMBRA *virûm.* ——

Rex Childericus, vt ex eius ossibus colligi datum, iustæ ac elegantis staturæ fuit, quæ ad pedes mathematicos quinque cum dimidio eminebat. Rectitudinem corporis spectandam dedit in conditorio porrectus in longum skeletus; viuentisque formam egregiam, & venustatem oris agnouit coràm Basina, cuius apud Gestorum Scriptorem & Roriconem monachum hæc habentur verba: *Quoniam noui vtilitatem tuam, &* PVLCHRITVDINEM, *& quòd sis habilis & strenuus, è domo veni, vt habitem tecum.* C. 7. l. 1.

Ethnici moris ac ritus etiam fuit, extra vrbem sepeliri, iuxta viam publicam ac militarem. Iulianus Cæsar sepultus fuit *in Pomœrio itineris, quod ad Tauri montis angustias ducit:* CHILDERICVS Rex, in Pomœrio viæ militaris, quæ ducit Tornacum; *quod* (inquit Marchantius Flander) *totum erat antiquitus* CISCALDANVM, *antequam Nicolai Brixijq́ templa* VLTRA SCALDIM *construerentur, non Tornacensis, sed Cameracensis Episcopi diœcesi obnoxia.* Verùm audiamus Wendelinum nostrum super hac re mihi respondentem: Ammian. lib. 25. Lib. 1. Flandriæ.

dentem: *Tornacum,* inquit, *quibus nunc cingitur mœnibus, in ambitum patet millia passuum Italica hodierna quatuor ipsa, hoc est Leucam magnam, & quantam horæ vnius iter non absoluat incessu commodo. Latitudo ipsa longitudini non quaquauersum æqualis circulum decircinat; pro sensuum æstimatione, oualem satis perfectum. Hunc* SCALDIS *fluuius à Meridie in Septemtriones interluit, sicut ipsemet nosti, pontibus nunc quidem octo ipsis, partim lapideis, vno in his ligneo constratus; sed fuit tempus olim, cùm vnicus pro modulo minoris tunc oppidi sufficeret; qui nunc* PONS AD PONTEM *dicitur, postquam illi nati alij fratres peculiaria nacti sunt vocabula. Nimirum prisco illo æuo, & antequam in hanc amplitudinem excreuisset hic locus, commodissimum semper habuit hunc traiectum negotiatio; fecitq́ue nomen vt* TORNACVM *appellaretur, seu* Dornick *linguâ gentis nostræ vernaculâ. Sanè* DOR *siue* TOR *liberum transitum, per seriem cùm locorum tum temporum, compluribus etiam alijs linguis sonat, veluti* דוֹר *Dor, &* דוּר *Dour, itemq́ue* דְּרוֹר *Deror, tum &* טוּר *Tour, ac* תּוֹר *Thor apud Hebræos; apud Græcos* θύρα *fidem faciunt. Nec perfunctoriè perpendendum est, quòd omnia fermè loca, quibus syllaba Dor vel Tor, aut Tur, partem facit vocabuli, posita videamus ad transitum flumi-*

*fluminis, aut aquæ cuiuspiam; quomodo videmus hoc nostrum* TORNACVM, *siue* DORNICVM; *agnoscimus Taurinum, ad Padum in Italiâ; in Galliâ Turones, ad Ligerim; Turnonium, ad Rhodanum; apud Batauos Turendrechtum, nunc Dordrechtum, ad Mosam; Turninum, ad fluuiolum haud procul portis Antuerpiensibus; ne plura quæram id genus longiùs in Germaniam vltimosq́ue Lappones. Iste ergo transitus nomen dederit loco, vt* TORNACVM *vocaretur, etiam ante Cæsariana tempora, & antequam incolarum tanta esset frequentia. At postquam illic Pons est constitutus, commeantium vltrò citroq́ue locutio fuerit,* IRE AD PONTEM; REDIRE, VENIRE A PONTE, *vt propter hoc ipsum, qui nunc* PONS *est, retinuerit hoc nomen præ aliis iam dictis singularius,* PONS AD PONTEM.

*Hoc vt facilè me obtenturum apud intelligentes confido; ita nunc, vt ad quæsitum tuum redeam, meminerimus vias militares Romani operis aliquot concurrere in hanc vrbem ex Atrebatibus, Menapiis, Morinis, etiam non commemoratas Itinerariis, sed quas oculorum fides comprobat. Illæ huc vsq́ue perductæ transitum hunc inueniunt ex Occidentalibus oris, & sinistrâ Scaldis ripâ in Orientalem illam, quæ Hannoniam aperit. Atq́ue ad dexteram istam, quæ in Orientem fert, via fluuium decussat ad angulos rectos.*

CHIL-

CHILDERICI *ergo conditorium ſitum fuit ad ſiniſtram huius viæ, in pedes centum quinquaginta Boream verſus; à proximâ verò ripâ Scaldis Orientali ſexcentos ipſos, pro eo ac admenſus ſum tuo rogatu. Quantumq́; conijcere audeo, ſeruatus fuit & in hoc Rege ſepeliendo Romanus mos, vt inter Tumulum ac viam publicam media eſſet area* DIS MANIBVS *ſacra tot illorum pedum, quam nunc occupat Templum Parœciale S. Brixij, cum ſuo cœmeterio, multum etiam de viâ illâ publicâ delibante. Atque hoc illud eſt quod reſpondere potui.* Hactenus noſter Wendelinus; qui ne oculis ſuis fidentiùs crederet, Topographiæ veſtigandæ comitem habuit virum humaniſſimum Nicaſium Fabium, Canonicum Tornacenſem, harum rerum, politioris litteraturæ, & Antiquitatis eximium cultorem.



CAPVT

## CAPVT VI.

*Veterum more, quo defunctos pretiosis vestibus exornatos efferebant, apud Francos etiam vsurpato, sepultum* CHILDERICVM, *docent aurea filamenta Tunicæ & Chlamydis ipsius Regis.*

INeptas voluntates circa SEPVLTVRAM, veluti VESTES, aut si qua alia superuacua, vt in funus impendantur, non valere Papinianus scribit: & cùm mulier testamento ita scripsisset: *Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcumque* SEPVLTVRÆ MEÆ *causâ feram* EX ORNAMENTIS, *Lineas duas ex margaritis* [deux tours de perles] *& viriolas ex smaragdis*; sed neque heredes, neque maritus, cùm humi corpus daret, ea ornamenta, quæ corpori iussus erat adijci, dederunt: quæsitum fuit, *Vtrùm ad eam, cui ornamenta vniuersa reliquerat, pertinerent, an ad heredes?* Scæuola respondit: *Non ad heredes, sed ad legatariam pertinere.* Et Vlpianus: *Si quid,* inquit, *ad corpus custodiendum, vel etiam commendandum factum sit; vel si quid in marmor vel* VESTEM *collocandam: hoc funeris est. Non autem oportet* ORNAMENTA *cum corporibus* CONDI, *nec quid*

L. *Seruo alieno* 113 §. fin. ff. de Legatis 1.

L. *Medico* 40. §. *Mulier.* ff. de Auro & Argento legato.

L. 14. ff. de Religiosis & sumptib. funer.

*quid aliud huiusmodi, quod homines simpliciores faciunt.* Sed contrà Seruius: *In antiquis disciplinis relatum est, quæ quisque* ORNAMENTA *consecutus esset, vt ea mortuum eum condecorarent.* Matronæ ipsæ Romanæ testamentum signaturæ, vestes pulcherrimas & cultus elegantioris assumebant, quas aut inferri iuberent (mundi muliebris amantes etiam à morte) aut certè importunæ adstantium cupiditati legarent. Plinius Iunior disertè: *Aurelia ornata fœmina, signatura testamentum, sumpserat pulcherrimas tunicas. Regulus cùm venisset ad signandum; Rogo, inquit, has mihi leges. Aurelia ludere hominem putabat; ille seriò instabat. Ne multa; coëgit mulierem aperire tabulas, ac sibi tunicas, quas erat induta, legare. Obseruauit scribentem, inspexit an scripsisset: & Aurelia quidem viuit, ille tamen istud tamquam morituram coëgit: & hic hereditates, hic legata, quasi mereatur, accipit.* Ἀλλὰ τί διατείνομαι; *Sed quid prouehor? in eâ ciuitate, in quâ iam pridem non minora premia, imò maiora, nequitia & improbitas, quàm pudor & virtus habent.* Hinc illa Hieronymi: *Cur mortuos vestros* AVRATIS *obuoluitis* VESTIBVS? *cur ambitio inter luctus lachrimasq́ non cessat? An cadauera diuitum nisi* IN SERICO *putrescere nesciunt?* Itemque Ambrosij: SERICÆ VESTES, ET AVRO *intexta*

In 11. Æn.

Lib. 2. Ep. ad Caluisiū.

Lib. 2. Epistol.

L. de Nabuthe.

*intexta* VELAMINA, *quibus* DIVITIS CORPVS *ambitur*, *damna viuentium*, *non ſubſidia* DEFVNCTORVM *ſunt*. Et Lactantij: *Pari ratione defunctorum corpora odoribus ac* PRETIOSIS VESTIBVS *illita & * CONVOLVTA *humi condunt*, *quâ Deos honorant*. Sozomenus, ad pedes Zachariæ Prophetæ adoleſcentem inuentum fuiſſe tradit, REGALI APPARATV *ſepultum*: *habebat enim in capite* CORONAM AVREAM, *&* AVREA *in pedibus* CALCEAMENTA, *&* VESTEM PRETIOSAM: *καὶ τὴν ἐσθῆτα τιμίαν*. Auctor eſt Suetonius, *Caligulam Alexandri Magni* THORACEM, *repetitum è conditorio eius*, *interdum geſtaſſe*. Florus de Cleopatrâ: *Vbi ſe ſeruari triumpho videt*, *incautiorem nacta cuſtodiam*, *in* MAVSOLEVM (*ſepulchra Regum ſic vocant*) *ſe recepit*; *vbi* MAXIMO, *vt ſolebat*, INDVTA CVLTV *in diffuſo odoribus ſolio*, *iuxta ſuum ſe collocauit Antonium*, *admotis ad venas ſerpentibus*: *ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt*.

Lib. 2. Diuin. Inſt. c. 4.

Lib. 9. cap. vlt.

Lib. 4.

Paulus Aringhus agens de Mauſoleo S. Helenæ, matris Conſtantini Magni, ex actis M SS. *Cùm temporibus Innocentij Secundi propter guerram ipſe locus deſertus eſſet*, *quidam fures*, *fracto operculo ipſius tumuli*, AVRVM *&* GEMMAS *veſtimentorum* B. HELENÆ *abſtulerunt*.

Romæ Subt. l. 4. cap. 9.

Baron. an.821. & 1599. n.3.5.& 15. Anno DCCC. XXI. Paschalis PP. in cœmeterio Prætextati inuenit *corpus* S. CÆCILIÆ AVREIS *vestitum* INDVMENTIS. quod rursus detectum anno M.D.IC. Clementis VIII. anno Pontificatus octauo, *Vidit Baronius ad pedes eius, quæ fuerant madida sanguine vela, &* SERICA *fila* AVRO *obducta, iam vetustate soluta* VESTIS *illius* AVRO TEXTÆ, *cuius Paschalis PP. meminit.* Lib 6. Annal. Treuerens. suprà c.3. Christophorus Browerus de sepulchro violato per Guntramum Bosonem, cuius iam à me suprà facta mentio ex Gregorio Turonensi: *Eodem tempore, quo Synodus Episcoporum apud Matisconensem vrbem Guntrami Regis iussu congregata fuit, Childebertus apud Belsonancum* (vulgò *Bastoigne*) *villam, in Arduennæ mediæ recessu suos in vnum conuenire iussit. Ibi cùm rebus alijs motæ curæ, tum de recenti quodam Guntrami Bosonis flagitio facta quoque relatio. Hic enim cultus amplissimis honoribus à Childeberto Rege, vbi semel auaritiæ cupidiniq; fræna laxauit, ad mortuorum quoque busta & cadauera prolapsus, ne his quidem violandis abstinebat. Diem obierat non ita pridem vxoris propinqua. Huius* MAGNIS ORNAMENTIS, AVROQVE MVLTO *conuestitum cadauer, in vrbis Metensis Basilicâ magnificè conditum erat: Thesauri insidiator Boso mox adornat, qui Basilicam*

ipso

*ipso die S. Remigij ingressi, praeclusis foribus, & effracto sepulchro, omnem cadaueri ornatum detrahant, nudentq;, vt ipse rebatur, auro superuacaneo.* Sic & in arcâ sepulchrali Mariæ, Honorij sponsæ, reperta est *eius* VESTIS & PALLIVM, *quibus tantum* AVRI *fuit intextum, vt ex his combustis* AVRI PONDO XXXVI. *collecta sint*; verissimè, si vmquam aliàs, scribente Tertulliano de habitu muliebri; AVRVM & ARGENTVM PRINCIPES *esse materias cultus sæcularis.* Surius ad ad ann. 1544.

Et verò alia exempla vestimentorum sepulchralium, eaque Francica, abundè subministrat Gregorius Turonensis, apud quem Chilpericus Rex Sigebertum Regem Austrasiæ fratrem suum *apud vicum Lambros* VESTITVM *sepeliuit*; de quo etiam Gesta Regum Francorum: *Vestitum Sigebertum* VESTIBVS ORNATIS *apud Lambros vicum sepeliuit.* Chilpericum Regem occisum Madalulfus, Syluanectensis Episcopus, *ablutum*, & VESTIMENTIS MELIORIBVS *indutum, in Basilicâ S. Vincentij Parisius sepeliuit.* Gesta item Regum: *Vestitum cum* VESTIBVS REGALIBVS, *cum hymnis & psallentio magno, cum Fredegunde Reginâ, vel reliquo exercitu, Parisius ciuitatem in Basilicâ beati Vincentij Martyris eum seplierunt.* Vestes Regales describit Gregorius Turonensis, vbi Lib. 4. cap. 46. Cap. 32. Greg. Turon. l. 6. c. 46. Cap. 35. Lib. 2. cap. 38.

vbi de Clodouæo Rege CHILDERICI filio: *Ab Anaſtaſio*, inquit, *Imperatore codicillos de Conſulatu accepit, & in Baſilicâ ſancti Martini* TVNICA BLATTEA *indutus eſt, &* CHLAMIDE, *imponens vertici* DIADEMA. Idem de Theodeberto, Chilperici I. Regis filio: *Ab Aunulfo quodam collectus ablutuſq; ac* DIGNIS VESTIBVS *eſt indutus, & ad Ecoliſmenſem ciuitatem ſepultus.* Monachus Egoliſmenſis de Sepulturâ Caroli Magni Imp. Aquisgrani: VESTITVM EST *corpus eius* VESTIMENTIS IMPERIALIBVS, *& ſudario ſub diademate facies eius operta eſt.*

Lib. 4. cap. 45.

Cap. 14.

Quis autem modus eſſet veſtium Francicarum, Tacitus docet de Germanis loquens: *Locupletiſſimi* VESTE *diſtinguuntur, non fluitante, ſicut Sarmatæ & Parthi, ſed* STRICTA *& ſingulos artus exprimente.* Quod confirmat Sidonius, vbi Francos æui ſui graphicè deſcribit:

Carm. 5.

STRICTIVS *aſſutæ* VESTES *procera coërcent*
*Membra virûm, patet ijs altato tegmine poples.*

CHILDERICVM Regem ſepultum fuiſſe cum veſtibus auro textis, oſtendunt aurea filamenta quamplurima ſericis permixta, & quidem purpureis, ſed colore penè obſoleto. Virgilius morem ſignat exſertè:

Æneid. 6.

——*Tum membra toro defleta reponunt,*

PVR-

PVRPVREASQVE *super* VESTES, *velamina nota*
*Conijciunt.*——

Addo ego ex Paulini cantu, quem alium, quàm Regem Lib.3.de Vitâ S. Martini.

—— *vel* OSTRO,
*Vel* DVCTO IN FILVM *pensis rutilantibus* AVRO,
*Insignes meruêre habitus?*

Ita Regium funus curari decuit, Idem l.1.


*Misceriq;* OSTRO *mollitum in fila metallum.*

Quod erat etiam militare; sic enim Rudolphus, Surius 24.Nou. S.Trudonis Abbas, testis oculatus, de inuentione corporis S.Gereonis militis & Martyris, Coloniæ Agrippinæ in cœnobio S. Pantaleonis: *Eleuato superiori lapide de sarcophago, post octingentos & aliquot plures annos martyrij Thebæorum, inuentum est in eo corpus magnum, per scapulas amplum, per pectus & brachia torosum, indutum* CHLAMYDE MILITARI *coloris* PVRPVREI; *quæ ampla vtrimque* VESTIS *appendebat vsque subter genua eius, quasi tribus digitis.*

CAPVT

*Annuli aurej.*

*Sarda.*




*Aureus totus.*




*Sapphirus.*



*Aurum.*



## CAPVT VII.

*Annuli aurei duo Regis* CHILDERICI, *signatorius Alithus, itemq́ alter Apirus, Romanis & Francicis exemplis illustrati.*

FVerit Priscorum vita, qualis innocentia, in quâ nihil signabatur: inuenti certè postmodum Annuli, quos, vt cetera omnia, *luxuria variauit*, GEMMAS *addendo exquisiti fulgoris, censuq́ opimo digitos onerando.* Iuuenalis: Plinius l.33.c.1. Sat.1.

*Ventilet æstiuum* DIGITIS SVDANTIBVS AVRVM,
*Nec sufferre queat* MAIORIS *pondera* GEMMÆ.

De Aureis Plinius: *Distinxerunt alterum ordinem à plebe, vt semel cœperunt esse celebres.* Alio item loco: *Tiberij Principatus anno nono in vnitatem venit* EQVESTER ORDO, *Annulorumq́ auctoritati* FORMA *constituta est. Multi*, eodem teste, *nullas admittebant gemmas, auroq́ signabant.* Hinc Annulus *Alithus* apud Pollucem, de quo Cœlius Rhodiginus: *Commonendi sumus, emaculandum esse Pollucis codicem, vbi scribitur modò Apirona vocari* λίθον δακτύλιον, *tu repone* ἄλιθον δακτύλιον, *vt Annulum intelligas citra gemmam concinnatum, cui sint diuersi apud Liuium in Sabinorum Historiâ Gemmati Annuli.* Plinius l.33.c.1. Cap.2. Eod.lib. cap. 1. Lib.6. cap.12.

N Galba

Galba Imp. qui Tarraconenſem Prouinciam rexerat annis octo, *delegit* EQVESTRIS ORDINIS *iuuenes, qui, manente* AVREORVM ANNVLORVM *vſu*, EVOCATI *appellarentur, excubiaſq; circa cubiculum ſuum vice militum agerent.* Quod
In Galbâ. verbis Tranquillus de Galbâ Imp. veterum aliquis aureo annulo pulchrè expreſſit; quem hîc apponi curaui, in gratiam Hiſpanicæ Nobilitatis. In eo ſiquidem tria capita denotant cohortem totam; Cuniculus (Hiſpaniæ ſymbolum) Iuuenes item Hiſpanos fuiſſe indicat; Annulus in annulo, & in ipsâ Sardâ ſcalptus, Nobiles etiam, & ex Equeſtri Ordine, quos hodie *Caualleros* vocant, eoſque EVOCATOS, ſeu accerſitos ex Hiſpaniâ ad honorificum obſequium Imperatori præſtandum, ſeu ad corporis cuſtodiam.

His itaque explicatis, ad ipſum CHILDERICI Regis annulum ſignatorium accedamus, ſuis inſcriptum litteris; de quo eruditè Wendelinus, cùm ad me perſcriberet quidquid illi dictaſſent tam corporis, quàm mentis oculi: *Habet*, inquit, *inſculptam* προτομὴν *hominis criniti largiter, capillitio in vtrumque humerum defluente ac cincinnato. Manu dextrâ iaculum tenet. Nomen ipſum litteris nondum Gothicis, ſed adhuc Romanis expreſſum eſt* CHILDIRICI REGIS; *quo*

*quo indicio certi ſimus, cuius iſte ſit Annulus, aurumq́ reliquum, & ad quæ tempora referendus: ad illa nimirum ipſa, quibus, nondum abolitis in totum Romanis elegantijs, ſupererant adhuc bonæ artes, & ſculpturarum peritia: quamquam multum iam remittens de ſuo illo nitore, quem hìc deſideres perfectiorem, præſertim in s conuerſo. Vt autem ea ſint habenda, tu nos docebis. Illud certum eſt, Annulum iſtum* CHILDIRICI *Regis ad illum Childericum pertinere, qui Merouei Regis filius, quartus à Pharamundo cis Rhenum Francis imperauit, per quem Merouingica familia perſtat hodieq́ in* AVSTRIACIS *cum Natalium prærogatiuâ, pro eo ac tu, ſagaciſsime* CHIFLETI, *dudum demonſtraſti.*

Vtrumque CHILDIRICVS & CHILDERICVS olim ſcribebatur, vt SIGIBERTVS & SIGIFRIDVS pro *Sigeberto* & *Sigefrido. I cum E magnam habet communitatem,* inquit Varro. *Conſuetumq́ Veteribus fuiſſe litteris illis vti indifferenter,* Gellius tradit. Lib. 5. de Linguâ Latin. Lib. 10. cap. 24.

Quod attinet ad *G.* vt videtur, imperfectum, in vocabulo RE*G*IS; in Gloſſario meo M. S. quod eſt antiquiſſimum, omnia vocabula incipientia à G, eodem ductu ſunt efformata.

Scio nonnullis totam Annuli inſcriptionem ſuſpectam fuiſſe ob Romanos characteres: ſed palàm conſtat, Reges Francorum primæ ſtirpis Latinæ linguæ gnaros ac peritos fuiſſe. Sic enim Theodomeres, Francorum Rex, Richomeris & & Aſcilæ filius, cuius meminit Gregorius Tu-
Lib.2. cap.9. ronenſis, quemque ante Clodionem alicubi re-
Lib.3. gnaſſe probauit Hadrianus Valeſius, expreſſus eſt in aureo numulo, quem edidit Paulus Petauius cum hac inſcriptione Romanis litteris: TEVDOME REX: nec Annulus Childerici noſtri characteribus ab illo diſſentit. Clodoueum I. Regem, Childerici filium, Romanis litteris imbutum fuiſſe teſtatur Latina epiſtola, quam ſcri-
Sirmõd. Tom. 1. Concil. Gall. pſit ad Epiſcopos poſt bellum Gothicum. Exſtat etiam Clotarij I. Regis Conſtitutio generalis ad omnes Francos Latinè conſcripta, eiuſdemque
Ibid. nummum aureum edidit Petauius, in quo bis
Lib.6.c.4. ſcriptum: CHLOTARIVS REX. Fortunatus Pictauienſis clarè docet, Charibertum Regem Latinè doctum fuiſſe, dum ipſi loquitur hiſce modulis:

*Cùm ſis progenitus clarâ de gente* SICAMBER,
*Claret in eloquio* LINGVA LATINA *tuo.*

Regnante Chilperico I. Clotarij filio, in omnibus eius ciuitatibus ſcholas fuiſſe teſtatur Gregorius

gorius Turonensis. Et Philippus Augustus Rex declarat se vidisse litteras eius pro Ecclesiâ Tornacensi, quarum sigillum in circumferentiâ erat inscriptum: HILPERICVS REX FRANCORVM. Clotarium III. litteris fuisse eruditum; Dagobertum item, eius filium, pueritiæ annos in studiis exegisse litterarum, auctor est Aimoïnus. Sigillum Dagoberti Regis videre quiuis potest apud Zillesium cum hac epigraphe: DAGOBERTVS REX D†I GRAGA Childebertus, Sigeberti filius, varias dedit Epistolas Latino scriptas idiomate, quas Chesneus vulgauit: vt ex tot è vetustate monumentis palàm fit, antiquissimos Francorum Reges Latinâ linguâ vsos, eâque sua nomina in chartis & annulis inscripsisse.

Lib. 5. cap. 45.

Vide infrà c. 20.

Lib. 4. c. 16. & 17.

Parte 3. cap. 1.

Tom. 1. pag 866.

Dubium mouent, quod maioris momenti videri possit, Gregorius & Aimoïnus, vbi tradunt, Chilpericum I. Regem addidisse litteris vsualibus noua elementa quatuor, aut quinque, atque ea inter CH. Quod si verum est, Childericus I. Rex, Chilperici I. proauus, non vocatus est Childericus, sed Hildericus, cùm illud CH eius æuo nondum esset in vsu. Audiamus vtrumque Rerum Francicarum Scriptorem. Gregorius Turonensis in antiquiori editione Ascensianâ de Chilperico I. Rege ita loquitur: *Addidit autem*

Lib. 5. cap. 44.

*& litteras litteris nostris, id est, ω, sicut Græci scribunt, ac* TH, CH, PSI, Z; *quarum characteres subscripsimus: hi sunt: ω, θ, χ, ψ, ζ. Et misit epistolas in vniuersas ciuitates Regni sui, vt sic pueri docerentur, ac libri antiquitus scripti, planati pumice rescriberentur.* Aimoïni autem hæc verba sunt: *Addidit nostris litteris Ω. o mega Græcam, & tres alias, quarum characteres ab ipso inuentos cum proprijs sonis hîc subscripsimus:* X. CH. Θ. TH. Φ. PH. Idem à Claudio Imp. factum legimus; de quo Suetonius: *Nouas etiam commentus est litteras tres, ac numero veterum quasi necessarias addidit.* Et Tacitus: CLAVDIVS *tres litteras adiecit, quæ vsui imperante eo, pòst obliteratæ.* Certè, vt neglectum fuit inuentum Claudij Imp. sic & minimi æstimata per Chilpericum Regem facta litterarum adiectio, quarum apud Francos nulla exstant monumenta: imò si attentè legantur Gregorius & Aimoïnus, fuerunt Græcæ litteræ, quas adiecit Chilpericus, atque ex illis X. Græcum, pro quo Latini & Franci iam habebant CH. In aureo enim nummo Chlotarij, qui Chilpericum genuit, bis legitur CHLOTARIVS REX, & in aureo annulo proaui eius, circa quem versamur, CHILDIRICI REGIS; cuius nomen merè Germanicum est, vti docet Ioannes Auentinus hisce

Lib. 3. cap. 41.

Lib. 19. Annal.

In Nomenclaturâ.

hiſce verbis: HYLD, HVLD; *Amor eſt:* Huldreich/ Hyldenreich/ *id eſt Amor Regni, ſiue Amoris diues ac plenus: vſus obtinuit* VLRICVS; *Veteres* HYLDERICVM *dixerunt. Celtæ, vt ſolent, corruptè* CHYLDERICVM *dixerunt.* Hadrianus Iunius etiam in hunc modum: HVLDERICVS, *ſuffragiorum potens: eſt enim* Hulden *idem quod ſuffragio ornare.* Littera c. euphoniæ gratiâ Hilderico præponitur. Vnde Gregorius Turonenſis paſſim *Childericum* dixit, & *Chilpericum*, pro *Hilderico*, & *Hilperico*; vt etiam *Chunos* pro *Hunis*; quemadmodum Auſonius quoque, Claudianus, Proſper, & Sidonius. Atque vt Gregorius Turonenſis mentionem faciat Childerici Regis Wandalorum, Childerici Francorum Regis ſigillum hoc fuiſſe oſtendunt promiſſi capitis capilli. Tacitus de Germanis ſiue Francis: REGES EX NOBILITATE, *Duces ex virtute ſumunt.* Nobilitas autem Francica, ſiue Sicambrica omnis capillata erat; deque illâ intelligendus Claudianus, qui vixit ante Pharamundum, vbi canit:

Hiſt. Batau. c. 23.

Lib. 2. 4. 5. 6.

Lib. 2. cap. 3.

Lib. 3. de Morib. German.

Lib. 1. de Laudib. Stilicon.

——*Ingentia quondam*
*Nomina* CRINIGERO *flauentes vertice* REGES.

alio item loco:

In Eutrop.

*Militet ac noſtris* DETONSA SICAMBRIA *ſignis.*

Detonſa, id eſt *victa*, & ex libertate in ſeruitu-

tem

tem redacta: ſolebant enim Romani captiuorum Regum Nobiliumque flauos crines detondere, ac Romam mittere ad ornatus muliebres: vnde Lib. 1. Amor. El. 14. Ouidius ad puellam:

*Nunc tibi* CAPTIVOS *mittet Germania* CRINES;
*Culta* TRIVMPHATÆ *munere* GENTIS *eris.*

Atque illud de crinitâ Francorum Nobilitate Tit. 28. §. 2. perſpicuum etiam eſt ex Legibus Salicis, in quibus, *Si quis* PVERVM CRINITVM *ſine conſilio aut voluntate parentum totonderit*, MM. D. *den. qui faciunt ſolidos* LXII. *& dimidium, culpabilis iudicatur*. In Gloſſar. Salic. V. Crinitus. Quæ Wendelinus noſter rectè explicat de Nobilibus pueris: *Ignobilibus enim*, ait, *non licebat eſſe crinitis*. Ad rem quoq; Apollinaris Sidonius: Lib. 8. Ep. 9.

*Et ſic* CRINIBVS *ad cutem* RECISIS
*Decreſcit caput, additurq; vultus.*
*Sic* TONSO *occipiti* SENEX SICAMBER
*Poſtquam* VICTVS ES, *elicis retrorſum*
CERVICEM *ad* VETEREM *nouos capillos.*

Senes & Seniores paſſim vſurpat ætas media pro Primoribus & Satrapis, quos inde hodieque nos vocamus *Seigneurs*. Ex illis ergo Francorum Magnatibus more antiquo iam capillatis, *qui tranſacto Rheno Tongriam tranſmeauerant*, inquit Gregorius Turonenſis, Lib. 2. cap. 9. *Franci iuxta pagos, vel ciuitates*, REGES CRINITOS *ſuper ſe creauêre, de primâ,*

*&,*

*&, vt ita dicam*, NOBILIORI *suorum familiâ.* Gregorius idem de filiis Clodomiri Regis: *Habito communi consilio pertractari oportet* (verba sunt Regis Childeberti) *quid de his fieri debeat; vtrùm* INCISA CÆSARIE, *vt reliqua* PLEBS *habeantur; an certè, his interfectis, Regnum Germani nostri inter nosmetipsos æqualitate habitâ diuidatur.* Lib. 3. cap. 18.
Item de Gundebaldo, qui se filium Chlotarij Regis esse dicebat: *Hic cùm natus esset in Gallijs, & diligenti curâ nutritus (vt Regum istorum mos est)* CRINIVM FLAGELLIS *per terga demissis, litteris eruditus, Childeberto Regi à matre repræsentatur.* Lib. 6. cap. 24.
Tum etiam alibi de Chlodoueo, Chilperici I. Regis filio, in alueum Matronæ fluminis proiecto: *Cùm ignorarem quisnam esset* (ita loquitur piscator quidam) *à* CÆSARIE PROLIXA *cognoui* CHLODOVEVM *esse; adprehensumq; in humeros ad littus detuli, ibiq; cum cespite superposito tumulaui.* Sed vt Childerico nostro promissi erant capitis capilli, sic è contrario barba ad cutem abrasa ex Francorum illius æui more, quos æqualis Sidonius ita describit: Lib. 8. cap. 10. Carm. 5.

*Hic quoq; monstra domas,* RVTILI *quibus arce* CEREBRI
*Ad frontem* COMA *tracta iacet, nudataq; ceruix*
*Setarum per damna nitet: tum* LVMINE GLAVCO

*Albet aquosa acies; ac* VVLTIBVS *vndiq;* RASIS
*Pro* BARBA *tenues perarantur pectine cristæ.*

Ad hæc imago sculpta in annulo Hastam dex-
Lib. 7. cap. 33. trâ manu tenet. Gregorius Turonensis de Gun-
tramo Rege: *Datâ in manus Childeberti* HASTA,
*ait: Hoc est indicium, quòd tibi omne Regnum
meum tradidi. Ex hoc nunc vade, & omnes ciuita-
tes meas, tamquam tuas proprias, sub tui iuris domi-*
Lib. 3. cap. 68. *nationem subiÿce.* Aimoïnus de eodem: HASTAM,
*quam manu gerebat, nepoti tradidit, inquiens: Hoc,
amantissime nepos, indicio noueris, te mihi successu-*
Ian. 14. *rum in Regno.* Faustus in Vitâ S. Mauri de Theo-
deberto Rege: *Vocans ad se nepotem ipsius Flori,
nomine Andrannum, dedit ei per* SCEPTRVM RE-
GALE, *quod manu gestabat, quæcumque Florus*
Lib. 1. cap. 19. *patruus eius ex regali possederat dono.* Monachus
Sangallensis de Carolo Magno: VIRGAM AV-
REAM *ad statum suum* (id est ad staturam suam)
*fieri iussit.* Mox adfert verba eiusdem Caroli de
illâ eâdem virgâ: SCEPTRVM NOSTRVM, *quod,
pro significatione regiminis nostri,* AVREVM *ferre so-*
Cap. 19. *lemus.* Theganus de Ludouico Pio: *Coronam au-
ream auro fulgentem in capite gestans, &* BACV-
LVM AVREVM *in manu tenens.* Hasta ergo, sce-
ptrum, virga & baculus aureus, vnum atque
idem insigne Regium significabant, per quod de
manu

manu in manum fiebat traditio,quam Recentiores *Inueſtituram* vocant; cuius alium ritum ſub Germanicis Imperatoribus indicat Otho Friſin- Lib.2. cap.5.
genſis: *Eſt conſuetudo Curiæ, vt* REGNA *per gladium*, PROVINCIÆ *per vexillum à Principe tradantur vel recipiantur*. Sed iam inde à vetuſtiſſimis temporibus haſta, ſiue ſceptrum, Regiæ poteſtatis inſigne fuit, Iuſtino teſte: *Per ea adhuc* Lib.43.
*tempora* ( cùm ſcilicet Sabinæ raperentur) *Reges* HASTAS *pro diademate habebant, quas Græci* σκῆπτρα *dixêre. Nam & origine rerum Veteres pro Dijs immortalibus* HASTAS *coluerunt: ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum ſimulachris* HASTA *additur.*

Primus Regum Francorum Hugo Capetus in ſceptri ſummo vertice geſtauit manum, vt apparet ex eius ſigillo, quod Dominicus edidit. At C.13. Aſſertor.
ambæ quidem manus, eæque apertæ & ſurſum elatæ, Diuinam opem expoſcunt; ſed dextra prominens, duobus dumtaxat digitis minoribus in volam reflexis, propria eſt iurantis & ſolemni ſacramento ſe obſtringentis, vt ex vetuſtis monumentis probat Browerus in Antiquitatibus Fuldenſibus. Rorico de Francis ſub Rege Chlodo- Lib.2. cap.17.
ueo: DEXTRAS *omnes in ſublime erigunt, manda-* Lib.4.
*tum Regis accelerari denuntiant, ſeſeq; votis ſtringunt.*

*gunt.* Hugo Capetus, cui ſceptrum Francicum non ſucceſſione, ſed Ordinum ſuffragijs obtigerat, dexteram nimirum ſceptro prætulit, quâ innueret fidem ab ſe datam populis, ſeque in eâ religiosè permanſurum. Antiqui Germani (ex quibus orti ſunt Franci) *Reges ex Nobilitate,* quod antè retuli, *Duces ex virtute ſumebant,* hoc eſt creabant. *Nec Regibus*, addit Tacitus, *infinita aut libera poteſtas*; quia reciproca eorum erat ac populorum obligatio.

De Moribus Germ.

Ceterùm varia fuit apud Antiquos ac multiplex in annulis Principum & virorum illuſtrium cœlatura. *Annulus ſignatorius, ſeu ſignum Regis Perſarum, habebat ex quorumdam opinione* IMAGINEM REGIS; *alij putant* CYRI, *Perſarum primi Regis, figuram fuiſſe ſigno impreſſam; alij Ducis* EQVVM, *cuius hinnitu factus eſt Rex.* Alexander Magnus IMAGINEM SVAM, *quò certior poſteris proderetur, noluit à multis artificibus vulgò contaminari; ſed edixit vniuerſo orbi ſuo, ne quis* EFFIGIEM REGIS *temerè aſſimilaret ære, colore,* COELAMINE: *quin ſolus eam* POLYCLETVS *ære duceret, ſolus* APELLES *coloribus delinearet, ſolus* PYRGOTELES *cœlamine excuderet.* Præthereà *litteras, quas in Europam mitteret,* inquit Curtius, VETERIS ANVLI GEMMA *obſignabat: ijs, quas in Aſiam*

Interpres Thucydid.

Apuleius in Flor.

Lib. 6. cap. 11.

*Asiam scriberet*, DARII ANNVLVS *imprimebatur; vt appareret*, VNVM ANVLVM *duorum non capere fortunam.* (Ita lego, non vt in libris editis: *vnum animum.*) Auctor est Plutarchus, *Scyllam, cùm Iugurtham deuicisset*, IMAGINEM *eius in* ANNVLO, *quem gestabat, insculpsisse.* Tradit Cicero, *Epicuri familiares, eius* IMAGINEM *non modò in tabulis, sed in poculis &* ANELLIS *habuisse.* Hinc Ouidius ad amicum absentem, qui eius imaginem gestabat in annulari gemmâ: In Politic. Lib.5. de Finib. Lib.1. Trist. El.6.

*In* DIGITO *qui me fersq; refersq;* TVO,
EFFIGIEMQVE MEAM *fuluo complexus* IN AVRO,
*Chara relegati, quæ potes, ora vides.*

Cæsar Augustus *inter initia Sphinge signauit, non infaceto lepore Epistolas accipientium, ænigmata afferre eam Sphingem. Posteà, ad euitanda conuitia Sphingis*, ALEXANDRI MAGNI IMAGINE *signauit; nouissimè* SVA, *Dioscoridis manu sculptâ, quâ signare insecuti quoque Principes perseuerarunt.* Mœcenas, Eques Romanus, apud Augustum gratiâ & auctoritate pollens, cùm *absentis Cæsaris partibus fungeretur*, sculptam in annuli signatorij gemmâ RANAM gestabat, quam, *propter collationem pecuniarum magno terrori fuisse* memorat Plinius. Sueton. l.2.c.50. Seneca Ep.14. Lib.37. cap.1.

Galba Imp. *non obsignauit litteras* SVA IMA- Dio l.51.

GINE, *quemadmodum consueuerunt alij Imperatores; sed* CANEM *ex prorâ nauis prospectantem,* SIGNVM *à Maioribus suis delatum ad se, vsurpauit.* Commodus ad Clodium Albinum scribens, eum *litteras suas signatas excepturum* monet SIGNO AMAZONIÆ.

Capitolin. in Clodio Albin.

Antiquiores Francorum Reges proprias imagines annulis impressas gestarunt, quæ caput tantùm partemque pectoris repræsentabant, quales προτομὰς βασιλικὰς Græci; Latini *Thoracatas Effigies* vocabant. Plinius: *Magnitudinem iaspidis vndecim vnciarum vidimus, formatamque inde* EFFIGIEM *Neronis* THORACATAM. Adelhelmus Abbas *Thoraces* & *Thoracidas* appellat: cuiusmodi est effigies Childerici Regis in aureo annulo thorace tenus effícta, talisque postmodum fuit Regis Chilperici, eius pronepotis, quam, qui vidit in sigillo expressam Rex Philippus Pulcher, vocat *dimidiam hominis imaginem.*

Lib. 33. cap. 9.

Cœlius Rhodigin. lib. 9. cap. 7.

Vide Infrà c. 20.

Est etiam (quæ sculptura Childerici annulo exhibetur) ad eumdem planè modum effigiata, quo per ea tempora Imperatorum Orientis in Numismatibus, thorace velut emblematis tessellatis, quantum apparet, gemmato; quòd nimirum Franci Reges Græcas eiusmodi glorias æmularentur. Sic enim Annales Francorum Ful-

Fuldenſes de Carolo Caluo: *Conſuetudines Regum Francorum contemnens*, GRÆCAS GLORIAS *optimas arbitrabatur.* Sigebertus de eodem: *Poſt adeptum Imperium, vltra ſe elatus, conſuetudines Francorum vilipendens*, GRÆCAS GLORIAS *&* INSOLITOS HABITVS *adfectabat, &* TALARI DALMATICA *indutus, & deſuper* BALTHEO *accinctus, pendente vſque ad pedes, capite verò inuoluto* VELAMINE SERICO *&* DIADEMATE *ſuperpoſito procedebat.* De Heliogabalo Imperatore ſic Herodianus: *Sæpè Romano cultu depoſito veſtem Germanicam induebat, atque in eorum ſagulis argento variegatis conſpiciebatur; etiam flauam capiti cæſariem imponens ad modum Germanicæ tonſuræ; quibus læti Barbari mirificè illum dilexêre.* An.876. Lib.4.

Diui Ludouici Regis thoracalem effigiem, ſapphiro cyanei coloris expreſſam, tertio loco exhibendam duximus, Childerici annulo magis magiſque illuſtrando. Cœlata quippe armati Regis effigies, ſuperinducto ſimplici ſago, quòd ſine apparatu cultuque in publicum procedere illi mos eſſet: *Numquam indutus ſqualeto*, inquit Nangiacus, *vel panno viridi ſeu bruneto, nec pellibus* VARIIS, *ſed veſte nigri coloris, vel camelini, ſeu perſei.* Quod & idem teſtatur Bonifacius VIII. P. M. in Bullâ, quam edidit de eius In Geſtis S.Lud.

Cano-

Canonizatione: *Aureis vel argenteis ornamentis Regalibus non vestitus, non* VARIIS, *vel griseis, sed alijs humilibus* PELLIBVS *vsus fuit, sæcularibus pompis à se penitus abdicatis.* Vt Imperij Christiani futurus propagator, strictum gestat ensem, Lunâ crescente suppositâ, seu Thraciæ symbolo, quo hodieque Byzantini vtuntur; vt nullus dubitem, eiusmodi annulo signatorio vsum sanctissimum Regem, dum afflictis Syriæ rebus opem laturus in Orientem traijceret.

Lib. 2. Vitæ. Ad extremum audiendus hîc Gassendus loquens de Peireskio: *Commendans* VETERA SIGILLA, *quæ coràm inspexit, ectypisq; expressa tulit ex Archiuis Abbatiarum S. Dionysij, S. Germani, S. Mauri, & cæterarum, vt in quibus continerentur germanæ effigies* KAROLI MAGNI, HLVDOVICI PII, HLOTARII *Imperatoris,* PIPINI *Regis Aquitaniæ*, KAROLI *Calui*, KAROLI *Simplicis, aliorumq; Regum ex* SECVNDA STIRPE: *Hæc sanè, inquit, satis refellunt, tumulos & statuas hisce Principibus confectas ante quadringentos aut quingentos annos.* Si Peireskio vidisse contigisset annulum aureum Childerici nostri, quo nullum antiquius apud Francos Regale monumentum; enimuerò defixus gaudio stetisset, stupenti similis, qui magno animi sensu identidem

dem dictitare solebat: SIGILLA, NVMISMATA, *aliaq; id genus, testes esse Antiquitatis incorruptos; quodq; ex ijs addiscerentur, quæ frustrà requireret quis ex Historiographis omnibus*. Scilicet, *annulis nostris plusquam animis creditur*. Et verissimè Ioannes Iperius: SIGILLVM REGIVM *nec fallit, nec fallitur.* Senec. lib.3.de Benef. In Chrō. Bertin.

Iam, quâ manu quóve digito annulus gestaretur, magna est in Vetustate varietas. MANVS, *& prorsus* SINISTRÆ, inquit Plinius, *maximam auctoritatem conciliauêre auro*. Mox etiam: ANVLOS *quisquis primus instituit, cunctanter id fecit,* LÆVISQVE MANIBVS *latentibusq; induit; cùm, si* HONOS *secutus fuisset*, DEXTRA *fuerit honestandus. Quod si impedimentum potuit in eo aliquod intelligi, etiam* CONSERTORIS, (hoc est bellatoris) *vsu argumentum est maius, in* LÆVA *fuisse, quâ scutum capitur*. Lucem facit Plinio Macrobius, vbi scribit, ex Ateij Capitonis sententiâ, ANVLVM LÆVAM sustinuisse, quia minùs habilis illa rebus gerendis; eâque præcautione vel à casu ANVLVM, vel GEMMAM à detrimento vindicari. Denique & Silius Italicus de Bello Punico: Lib. 33. cap. 1. Lib.7. Saturn. cap. 17. Lib.11.

*Testes hi stragis, quos,* SIGNVM ILLVSTRE, *superbis*
*Mos* LÆVA *gestare viris; tum funditur ante*
*Ora admirantum præfulgens* ANNVLVS *auro,*
*Datq; fidem verbis, haud paruo insignis aceruo.*

L.7.Nat. quæst. cap.31. De digitis verò ſic Seneca: *Exornamus* ANNVLIS *digitos, in* OMNI ARTICVLO *gemma diſponitur.* Ita quoque Plinius: SINGVLIS *primùm* DIGITIS *geri mos fuerat, qui ſunt* MINIMIS PROXIMI; *vt in Numæ & Seruij Tullij ſtatuis videmus. Poſteà* POLLICI PROXIMO *induêre etiam Deorum ſimulachris. Deinde iuuit &* MINIMO *dare. Galliæ Britanniæq;* IN MEDIO *dicuntur vſæ: hic nunc ſolus excipitur; cæteri omnes onerantur, atq; etiam priuatim articuli minoribus alijs. Sunt qui tres vni minimo congerant: alij verò & huic vnum tantùm, quo ſignanda ſignant.* Apud Gellium, *veteres Græcos Annulum habuiſſe in digito accepimus* SINISTRÆ MANVS, *qui* MINIMO *eſt* PROXIMVS. *Romanos quoque homines aiunt ſic plerumq;* ANNVLIS *vſitatos. Cauſam eſſe huius rei Appion in libris Ægyptiacis hanc dicit; quòd inſectis apertiſq; humanis corporibus, vt mos in Ægypto fuit, quas Græci ἀνατομὰς appellant, repertum eſt,* NERVVM *quemdam tenuiſsimum ab* VNO *eo* DIGITO, *de quo diximus, ad* COR *hominis pergere ac peruenire: propterea non inſcitum viſum eſſe, eum potiſsimùm* DIGITVM *tali honore decorandum, qui continens & quaſi connexus eſſe cum principatu cordis videretur.* Leuinus Lemnius dicit *arteriam* (non neruum) *à corde ad eumdem digitum ſiniſtræ*

Lib.33. cap.1.

Lib.10. cap.10.

Lib.2. cap.11.

*stræ manus porrigi.* Sed vtrumque anile commentum esse docet Riolanus in Antropographiâ. Lib. 5. cap. 48.

Quâ manu, quóve digito gestaretur annulus à Francis Regibus, haud facile sit diuinare. Ego signatorium rarò vel numquam in digito gestatum à quoquam existimo, propterea quòd sic de illo Plinius: *Conditur ille, vt* RES RARA *&* *iniuriâ vsus indigna velut* E SACRARIO *promitur.* vt qui olim GERVLI ANNVLORVM dicti sunt, fuerint potius custodes, & in loculo seruatum habuerint, ne fortè in locum immundum sacram imaginem deferre contingeret: sub Tiberio enim Cæsare *Maiestatis reus postulabatur, quicumque effigiem Imperatoris* ANNVLO *impressam latrinæ aut lupanari intulisset.* Atque hæc occasione Regij nostri annuli & signatorij, cuiusmodi apud Antiquos *non plus habere quàm vnum licebat; nec cuiquam nisi libero, quos solos fides deceret, quæ signaculo continetur.* Lib. 33. c. 1. M. S. Sueton. cap. 58. Macrob. 7. Satur. cap. 13.

Sed & alter Childerico Regi fuit annulus aureus, in eius conditorio repertus, formâ ac magnitudine, quâ in imâ tabellæ parte repræsentatur, quemque Veterum nonnulli ἀπείρωνα, siue *infinitum*, alij *solidum* dixêre. Iulius Pollux in Onomastico: *Annulum circularem & gemmâ carentem,* INFINITVM *&* INDETERMINATVM Lib. 7. c. 33. n. 7.

 *voci-*

Lib. Physicor. 3. *vocitant.* Ariſtoteles: *Annulos ἀπείρους,* INFINITOS, *dicunt non habentes palam.* Hinc Cœlius Rhodiginus: *Gemmâ carentem annulum, ἀπείρωνα vocari comperio, quaſi tu dicas omni carentem fine.* De Annulo ſolido Iſidorus: *Apud Romanos Annuli de publico dabantur, & non ſine diſcrimine: nam dignitate præcipuis viris* GEMMATI *dabantur, cæteris* SOLIDI. Eorum vſus hodieque apud Venetos, quos vulgò *Veras* nuncupant, & vtuntur ad ſponſalia, vti obſeruat eruditiſſimus Licetus. Ac fortaſſis hunc noſtrum BASINÆ amoribus dicatum geſtauerit Childericus, eoque cum illâ iugali vinculo ſociatus: nam in ſponſalibus datum aliquando vtrimque annulum inſinuant iſthæc Terentij verba: *Dati* ANNVLI, *locus, tempus conſtitutum eſt.* & cautio illa, *Accipe daque fidem,* apud Virgilium; quem notauit Macrobius inſtitiſſe huic Enniano verſui:

Lib. 6. cap. 12. — Lib. 19. Orig. cap. 32. — Lib. de Anulis, cap. 4. — In Eunucho. — L. 8. Æn.

*Accipe daque fidem, fœduſque feri benè firmum.*

L. 3. tit. 3. Leg. 3. Leges item Wiſigothorum: *Decernimus, vt cùm inter eos qui* DESPONSANDI *ſunt, ſiue inter eorum parentes, aut fortaſſe propinquos, pro filiorum* NVPTIIS, *coram teſtibus præceſſerit definitio; &* ANNVLVS ARRHARVM *nomine* DATVS *fuerit*, VEL ACCEPTVS, *quamuis ſcripturæ non intercurrant, nullatenus* PROMISSIO *violetur, cum quâ datus eſt*

*est* ANNVLVS, *& definitio facta coram testibus.* Vergente Latinitate particula VEL vsurpabatur pro ET: quod hoc loco factum verba illa, *Arrharum nomine*, satis indicant. Accedit exemplum ex Prisco: ATTILA *rursus Legatos in Italiam misit, qui* HONORIAM *sibi dari poscerent; etenim secum matrimonium pepigisse: cuius rei vt fidem facerent*, ANNVLVM *ab eâ* SIBI MISSVM, *per Legatos, quibus tradiderat, exhiberi mandauit.* In Excerptis Leg.

## CAPVT VIII.

WIOMADVS, CHILDERICI *Regis amicus, fuit custos eius Annuli signatorij. Vbi de Annulorum traditione, detractione, sepulturâ, fractione.*

ASsertus Childerico Annulus signatorius ad suum custodem me vocat, quem Regi amicissimum fuisse oportet, & charum in paucis; vt olim Pharaoni Ioseph Patriarcha; de quo magnus ille, Deoque acceptissimus Moyses: *Dixit Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti. Tulitq;* ANNVLVM *de manu suâ, & dedit eum in manu eius*; quâ potestate à Rege auctus, *in sellâ curuli sublimis per Ægyptum circumuectabatur.* De Assuero scribitur etiam in Genes. 41. Ioseph. l.2. Ant. Iud. c.41. Esther cap. 3.

 sacris

ſacris Paginis, *Tuliſſe* ANNVLVM SVVM, *&*
*dediſse in manus* AMAN, *vt ſignaret quod ſcripſe-*
Cap. 8. *rat contra Iudæos.* Item alio loco: *Accepiſſe Re-*
*gem* ANNVLVM, *quem ab* AMAN *tulerat*, *& de-*
Lib. 51. *diſſe illum* MARDOCHÆO. Dio Caſſius tradit, Auguſtum promiſcuè ſigillum præcipuum credidiſſe Mecænati & Agrippæ, & tantum tribuiſſe ambobus, vt litteras ad Senatum ſcriptas, vel aliò, impunè retegerent & immutarent. Idem Auguſtus apud Xiphilinum, Mecænate mortuo, ægrotans in XI. Conſulatu, deploratâ ſalute, vt credebat, poſtquam de Rep. multa grauiter diſſerüiſſet, Calpurnio Piſoni Conſuli Collegæ libellum dedit, in quò ſcriptæ erant copiæ & redditus ciuitatis, tradito Agrippæ annulo; tamquam ipſi obſignandorum reſcriptorum & libellorum curam iniungeret, & iuſtitiæ ſollicitum præ ceteris iudicaret. Ad quæ Fortunius Li-
Lib. de Annulis Antiq. cap. 15. cetus: *Adeò*, inquit, *magni habebatur Regium cuſtodire Annulum, vt ab antiquiſſimo tempore id cenſeretur poſt Principem in publicâ gubernatione præſtare cæteris.* Sic & à priſcis Francorum Regibus non tradebatur niſi viris, qui gratiâ apud ipſos pollerent, quique probatæ fidei eſſent, &
Lib. 1. cap. 13. participes arcanorum. Aimoïnus de Clodoueo Rege: *Dirigit è veſtigio* [ ad Chlotildem ] *quemdam*

*dam sibi* FAMILIARISSIMVM, *nomine* AVRELIANVM. Sic autem de isto ipso Regis Legato Gesta Francorum: *Orsus ille dixit: Dominus meus* CHLODOVEVS *Rex Francorum misit me ad te: vult te sibi associare in Regnum: ecce* ANNVLVS *eius, & reliqua ornamenta sponsalia.* Mox de Chlotilde: *Accepto* ANNVLO, *quem* CHLODOVEVS *Rex miserat per* AVRELIANVM, *reposuit illum in Thesauro Auunculi sui.* Tum de Burgundionibus: *Requirentes inuenerunt in Thesauro Regis* ANNVLVM, *Chlodouei* INSCRIPTIONE *vel* IMAGINE *insculptum.* Fortunatus Pictauiensis ad Bosonem Sigeberti Regis Referendarium, qui Annuli Regij custos erat: Cap. 11. Cap. 12. Cap. 19.

*Sic te* LONGÆVI *comitetur* GRATIA REGIS,
*Et florente illo gaudia fixa metas.*

Vita S. Boniti: *Cùm à Sigeberto Rege enixè* DILIGERETVR, *principem eum pincernarum esse præcepit: nec multò pòst* ANNVLO *ex manu Regis accepto,* REFERENDARII *officium adeptus est.* Referendarius, à referendo nomen trahens, apud Reges Francorum Merouingos dignitas erat Palatina, Regumque lateralis. Cassiodorus: *Nemo nostros sermones tantum meretur, quàm qui* REFERENDARIVS *esse cognoscitur.* Eius dignitatis exstat hæc formula apud eumdem: *Per Referenda-rium* 15. Ian. Lib. 6. Variar. cap. 17. Lib. 6. For. 17.

*rium nobis causarum ordines exponuntur: per eum interpellantium vota cognoscimus, & ipsis* RESPONSA *reddimus, vt negotia impedita soluamus. Magnum est in hoc agone principali seruire prudentiæ, & ad subitum sic dolores alienos asserere, vt conquerentium videatur vota sanare.*

Illi ergo Annulum Regium custodiebant, quia Regum amici, & secretorum conscij. Quod idem de Wiomado non iniuriâ possumus affirmare, quem Gregorius Turonensis vocat *Hominem* CHILDERICO *Regi* CHARVM, & AMICVM FIDELEM REGIS. Sic etiam plures alij de illo. Gesta Regum Francorum: *Vocauit* AMICVM SVVM, *prudentem Consilarium, nomine* WIOMADVM: *petijt cum eo consilium, qualiter animos furentium Francorum posset mitigare.* Fredegarius Scholasticus: WIOMADVS, *Francus* FIDELISSIMVS *cæteris Childerico, qui eum, cùm à Chunis cum matre captiuus detineretur, fugaciter liberauerat.* Tum post nonnulla: *Franci tunc* EGIDIVM *vnanimiter Regem adsciscunt;* WIOMADVM *amicum Childerici,* SVBREGVLVM *ab* EGIDIO *iterùm Franci instituerunt.* Fingebat Wiomadus se odisse Childericum, & in speciem dumtaxat ab Ægidij partibus stabat; maior in eo veriorque amicus, quòd amicitiam dissimularet. Aimoïnus Mona-

Lib. 2. cap. 12.

Ex M.S. Camerac. c. 6.

Cap. 11.

Lib. 1. cap. 7.

Monachus: *Erat ei quidam è Francorum Proceribus* FAMILIARITATIS *vinculo colligatus, nomine* WINOMADVS, *cuius ille omnia agebat consilio, dum adhuc Regni potiretur sceptro.*

Erat igitur, meâ quidem sententiâ, Wiomadus Childerici Regis Referendarius, & sic Custos Annuli Regij: quod munus in primâ Regum stirpe frequens & solemne fuit. Gregorius Lib. 5. cap. 3. Turonensis: *Siggo* REFERENDARIVS, *qui* ANNVLVM *Regis Sigiberti tenuerat, & à* CHILPERICO *Rege ita prouocatus erat, vt seruitium, quod tempore fratris sui habuerat, obtineret, ad Childebertum Regem, Sigiberti filium, relicto Chilperico, transiuit.* Faustus in Vitâ S. Mauri, de Theode- 15. Ian. berto Rege: *Vocans* ANSEBALDVM, *qui scriptionibus Regalium testamentorum præerat, præcepit ei, vt antequam de monasterio egrederetur,* TESTAMENTVM *de ijsdem scriberet rebus, ac de* ANNVLO *Regis regali firmaret more.* Frigebodus in Vitâ 24. Aug. S. Audoëni: *S.* AVDOENVS, *cognomento* DADO, AVRICVLARII *locum & munus in aulâ Regis* [Dagoberti] *obtinuit: itemq; ad obsignanda scripta, vel edicta Regia, quæ ab ipso conscribebantur,* SIGILLVM *vel* ANNVLVM *Regis custodiebat.* Ai- Lib. 4. cap. 41. moïnus Monachus: *Beatus* AVDOENVS, *qui & Dado dictus est,* REFERENDARIVS *fuit*

*Regis Dagoberti, filiusq́; præcellentissimi viri Antharij. Qui Referendarius ideò est dictus, quòd ad eum omnes publicæ deferrentur conscriptiones; ipseq́; eas* ANNVLO *Regis, siue* SIGILLO *ab eo sibi commisso muniret, seu firmaret.* Angradus in Vitâ

9.Febr. S. Ansberti: *Quidam illustris,* ROTBERTVS *nomine, generosâ ex stirpe proditus,* GERVLVS *fuit* ANNVLI *Regis Clotharij. Ansbertus in aulam Regis* [Theoderici] *licet nolens à genitore perductus, sicut erat acumine ingenij clarus, cœpit esse aulicus Scriba, doctus conditorq́; Regalium Priuilegiorum, &* GERVLVS ANNVLI *Regalis, quo eadem firmabantur Priuilegia.*

Principes in extremis constituti, vel Annulum cuipiam tradebant amico, vel ipsis detrahebatur.

Lib. 10. cap. 7. Curtius de Alexandro: *Vox deficere iam cœperat; detractum* ANNVLVM *digito, Perdiccæ tradidit.*

Cap. 73. Suetonius de Tiberio: *Seneca eum scribit, intellectâ defectione, exemptum* ANNVLVM, *quasi alicui traditurum, parumper tenuisse; dein rursus aptasse digito.* Scipio Africanus Cneo Scipioni annulum suum tradiderat: sed quia filius, in dome-

Valer. Max. l. 3. cap. 5. sticâ gloriâ natus, monstro similis factus, manus vinciendas hosti tradiderat, *propinqui è manu eius* ANNVLVM, *in quo* CAPVT AFRICANI *sculptum*

Suidas. *erat, detraxerunt.* ANNIBAL cùm MARCELLVM vidit

vidit occiſum, DETRACTO ipſius ANNVLO litteras obſignauit. Spartianus de Hadriano: *Signa mortis hæc habuit*; ANNVLVS, *in quo imago ipſius ſculpta erat, ſponte de digito delapſus eſt.* Plinius denique: *Grauatis ſomno* (id eſt, lethargicis) *aut morientibus, religione quadam* ANNVLI *detrahuntur.* Lib. 33. cap. 1.

Crediderim ego factam illam annuli detractionem, ne in pollinctorum manus veniret; nam pòſt redditus digito vnà cum cadauere in rogum coniiciebatur. Et vitandæ etiam interim fraudes ac pericula; quorum de Annulis hæc habemus exempla.

I. Titus Liuius: *Marcelli* ANNVLO, *ſimul cum* CORPORE, *Annibal potitus erat: eius* SIGNI *errore ne quis dolus necteretur à Pœno metuens* CRISPINVS, *circa ciuitates proximas miſerat nuncios, occiſum collegam eſſe,* ANNVLOQVE *eius hoſtem potitum; ne quibus* LITTERIS *crederent nomine Marcelli compoſitis.* Decad. 3. lib. 7.

II. Apud Curtium hæc ſunt Alexandri verba, cùm ad occidendum Parmenionem mitteret Polydamam: *Ad Parmenionem quoque epiſtolas feres, vnam à me, alteram Philothæ* (Alexandri iuſſu iam perempti) *nomine ſcriptam*; SIGNVM ANNVLI *eius in meâ poteſtate eſt: ſi* Lib. 7. cap. 3. Lib. 6. cap. 20.

*credet pater à filio impreßum, cùm te viderit, nihil metuet.* Tum post nonnulla de Parmenione: *Alteram deinde epistolam, Philotæ nomine scriptam, lætus, quod ex vultu notari poterat, legebat. Tum eius latus gladio haurit Cleander, deinde iugulum ferit, ceteri exanimem quoque confodiunt.*

Lib. de Bello Vand. Baron. An. 452.

III. Procopius de Valentiniano III. Imperatore: *Maximus erat quidam è Senatoribus, vnus ex stirpe illius* MAXIMI *Tyranni, quem Theodosius senior sustulerat; pro quâ victoriâ Romani quolibet anno festum agunt: huic vxor formosißima, sicut & pudicißima fuerat: quâ, Valentinianus amore captus, cùm potiri cuperet, resq; admodum ardua foret, rem iniquam excogitauit. Maximum iußit ad se in palatium venire, quo cum* TALIS *colludens,* AVRO *certo proposito,* ANNVLVM *eius victor nactus est: hunc clàm ad* VXOREM *misit* VIRI *nomine, vt quamprimùm* SIGNO *perspecto, in palatium, salutatum Imperatricem Eudoxiam veniat. Jlla subitò paret; quam certi, quibus res nota ac mandata erat, protinus in aulâ recipientes, longè in Gyneconitidem duxerunt; vbi Valentinianus occurrens, vim ei intulit. Illa post hoc mœsta domum regressa, calamitatem fatumq; suum flere, virumq; magno-*

*magnoperè detestari cœpit, vt qui occasionem huic rei dederit.*

IV. Paulus Æmylius de Richardo Rege Angliæ: *Facies Orbi terrarum nota ignorari non potuit; & conspectus in digito* REGIVS ANNVLVS *ab hospite, illum indicauit. Cognitum igitur Richardum* LVPOLDVS *Austriæ Dux, cuius populares in Asiâ res gesserant, simultatemq́ue cum Anglis exercuerant, diuinitus sibi oblatum, de quo pœnas exposceret, ratus, ad* HENRICVM *Augustum duxit.* Lib.6. An.1193.

V. Iterùm Æmylius: *Emißi clàm ex vrbe nonnulli, pari atque ille erat calliditate, cùm paulò longiùs processißent,* SVBORNARVNT *quosdam alios non minori audaciâ astuq́ue, qui lugentium habitu ex Sueuiâ cum litteris, quas ipsi conscripserant, adulterinoq́ue* ANNVLO *signarant, venire se dicerent, simulatisq́ue cum lacrymis falsò nuntiarent* CONRADINVM *obiuiße.* Lib.7.

VI. Idem alio loco de Conradino eodem, qui se Regem Siciliæ dicebat: *Vbi ad mare inferum peruenit, nauiculam conspicatus, orat dominum, vt se Pisas deportaret; pro naulo* ANNVLVM *se daturum, quam vnam rem loco pecuniæ haberet. Homo &* SPECIE ANNVLI, *& formâ adolescentis, multò quàm calonis liberaliore* Lib.7. An.1269.

*motus, id clàm non habuit. Concursu facto,* SVEVVS *comprehensus ad Carolum, vt victoribus omnes adsunt, retrahitur.*

Prudenti itaque consilio, & periculis amoliendis, Annulus, seu Sigillum, non nisi probatæ fidei viro credebatur ab Regibus; ijsque fato functis, vel vnà cum Regio cadauere cremabatur, vel cum illo sepeliebatur. De crematione est exemplum Pompeij Magni, *cuius occisi caput ab Achillâ, Ptolemæi satellite, Ægyptio velamine inuolutum cum* ANNVLO *Cæsari præsentatum est; qui non continens lachrymas, illud plurimis & pretiosissimis odoribus cremandum curauit;* haud dubiè vnà cum annulo, de more, quem indicat Propertius, vbi Cinthiæ manes ita alloquitur:

Plinius Iunior lib. 3. de Viris Illustrib. cap. vlt.

Lib. 4. Eleg. 7.

*Et solitum* DIGITO BERYLLON *adederat* IGNIS,
*Summaque lethæus liquerat ora liquor.*

Plinius l. 37. c. 5.

Beryllus gemma est annularis, colore subuiridi, in Indiâ ortum habens, rarò alibi reperta. Gemmam hodie ex crystallo angulosam concinnant Germani, ad similitudinem adamantis, & annulis includunt, Beryllum appellantes; cùm tamen alia sit Beryllus.

Cesalpin. de Metallic. l. 2. c. 19. & 26.

Ad Christianos quod attinet, qui non cremabant cadauera, sed humo condebant; obseruauit

uit Antonius Bosius, Romæ in sepulchro Mariæ, Lib. 2.
Honorij sponsæ, anno M. D. XLIV. repertos fuisse Romæ Subterr.
annulos aureos LVIII. cum gemmatis vmbilicis: cap. 7. an.
signatoriam item smaragdum, cui insculptum 1544.
erat caput Honorij Imperatoris. In cœmeterio quodam, viâ Nomentanâ, ait se vidisse impressum calci Annulum signatorium, cum characteribus, qui non poterant intelligi: vel erant occultæ notæ, quas *Cifras* vocamus, vel certè μονογράμμον aliquod, hoc est, multis litteris inter se complicatis ignotum nomen, cuiusmodi Symmachum vsurpasse, ipse testis est, scribens ad Flauianum fratrem: *Cupio*, inquit, *cognoscere, an omnes obsignatas Epistolas meas sumpseris eo* ANNVLO, *quo nomen meum magis* INTELLIGI, *quàm* LEGI *promptum est*. Erat integrum eius nomen litterarum implicatione contractum; quale in absidibus templorum Romæ, & alibi obseruauit Ioannes Macarius, cuius hæc sunt verba in Hagioglyptis: *Fornici interiori, qui claudit absidem, non deest suum musiuum coronario opere pertextum, in cuius summo aliquando* NOMEN CHRISTI, *litteris Græcis* X. *&* P. *inter se complicatis expressum intra orbem quemdam seu circulum: aliquando nomen Pontificis, qui Ecclesiam construxit, intra vnius litteræ compendium contractum. Ita sole-*

Lib. 3. cap. 50.

Lib. 2. Epist. 12.

Lib. M. S.

*ſolebant & in Bullis Pontifices, & antiqui Imperatores Germani, nomen ſuum inſcribere; vt de* CAROLO MAGNO, *& quibuſdam poſt eum conſtat. In Pontificibus autem mos ferè vſque ad poſtremum hoc ſæculum. Sed & priori æuo omnes Græci & Latini nomen ſuum ita contrahebant; vt ſæpè videre eſt in fragmentis Inſcriptionum Latinarum mediæ ætatis, & Græcarum. Quin & longè priori tempore, ſtante Republicâ, aliquid tale in Nummis Conſularibus obſeruabamus.*

Lib.4. cap. 50. Vidit prætereà Boſius in Priſcillæ cœmeterio repertos Annulos, quos fuiſſe ſignatorios inde colligit, quòd in ijs ſigna chartis imprimenda, modo contrario inſculpta eſſent; cui probandæ veritati adfert è Cimeliarchio Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini ANNVLVM CRYSTALLINVM, ſacris inſignitum characteribus.

Gentiles poſtmodum primi Franci, qui cadauera ſepeliebant, annulos ſignatorios vnà condebant; vt in CHILDERICI Regis conditorio Tornaci viſum.

Fractos Regum Annulos nullibi obſeruaui; quod tamen factum legimus à C. Petronio, de quo Tacitus: *Flagitia Principis ſub nominibus exoletorum, fœminarumq́ue, & nouitate cuiuſque ſtupri per-*

Lib.16. Annal.

*perscripsit, atq;* OBSIGNATA *misit Neroni*, FREGITQVE ANNVLVM, *ne mox vsui esset ad facienda pericula.*

Sub tertiâ Regum stirpe non inuenio sigilla aut illis consepulta aut fracta fuisse; sed monialibus quibusdam dono data: sic enim Philippus Augustus Rex Chartâ anni M. CC. VIII. Regni XXXIX. iubet, *vt post suum decessum sorores Leprosariæ de Salceya* [prope villam Iudæam Parisius] SIGILLA SVA AVREA *habeant.* Quod confirmatum ab Ludouico VIII. IX. atque etiam X. qui *aureis sigillis* adiecit *argentea.*

Du Breul lib.4. Antiq. Parisiens.

## CAPVT IX.

*Summus Cancellarius erat Custos Annuli, siue Sigilli Regij, sub secundâ Regum stirpe. Tabella vetus Pauli Petauij de Cancellis Caroli Magni explicata.*

POst illustratum in primâ Regum stirpe Referendarij munus, haud abs re visum in secundâ, summam Cancellarij dignitatem, cui & Sigillorum cura demandata erat, paucis attingere. Facem argumento præfert Tabella vetus, quam ex codice antiquo Paulus Petauius, Sena-

In Gnorismate.

tor Parisiensis, publici iuris fecit anno M. DC. X. & nos ab illo hîc cælo expressam exhibemus.



*Media figura*, inquit Petauius, *Carolum Magnum : duæ aliæ Primicerium & Secundicerium referunt*. Primicerius dicebatur *Primus ordinis sui*, vt docet Suidas, qui primus in ceratis tabulis scriptus erat; quemadmodum & Secundicerius, qui *secundo descriptus loco*. Multi apud Codinum eiusmodi Primicerij, vt Primicerius Aulæ, Le-

ctorum

ctorum, Bardariotarum, Tabulariorum, Barangorum, Notariorum. Et apud eumdem: *Magnus Primicerius est caput ordinum, qui adsunt Imperatori, & eum stipant.* Itaque si per *Primicerium* & *Secundicerium* indicare Petauius voluit *Summum Cancellarium*, & *Comitem Palatij*; rectè id quidem: sin minùs, & aliam aliquam Palatinam dignitatem, malè. Nam in eius Tabulâ obseruo Basilicares Cancellos, seu interioris Concilij conclaue, quod suprà est cancellatim coassatum, infra tessellatim tabulatum. Apud Monachum Sangallensem hæc lego: *Mansiones omnium cuiusquam dignitatis hominum circa palatium peritissimi* CAROLI *ita constitutæ sunt, vt ipse per* CANCELLOS *solarij sui cuncta possit videre, quæcumque ab intrantibus, vel exeuntibus quasi latenter fierent.* Quo loco facilè crediderim legendum esse *solij sui* pro throno, in quo Rex intra cancellos sedebat; vel certè pro ipso loco, in quo sedentis Regis solium erat. Alibi scripserat idem Auctor de Carolo Magno: *Quòd* PER CANCELLOS PALATII *Rex prospiciens, citò illum ad se vocari præcepit.* Lib. 1. cap. 32. Cap. 6.

Cancelli in Tabellâ expressi, secretum ostendunt Caroli Magni consistorium, intra quod cum suis interioribus Consiliarijs de magnis agebat

bat rebus. Glossæ Basilicæ: CANCELLVM, *reticulum, à caßibus, id est retibus deminutiuè: vnde* CANCELLARII, *qui stant in cancello. Hi autem* DVO *tantùm fuêre.* Secretum eiusmodi consistorium designasse videtur Ammianus Marcellinus, de Aduocatis loquens: *Cùm intra* CANCELLORVM *venerunt* SEPTA, *& agi cœperint alicuius fortunæ, vel salus; atque laborari debeat, vt ab insonte gladius, vel calamitoso detrimenta pellantur.* De ijsdem Iuris dicundi septis Cassiodorus: *Respice quo nomine nuncuperis; latere non potest quod* INTER CANCELLOS *egeris: tenes quippe lucidas fores, claustra patentia; & quamuis studiosè claudas, necesse est vt cunctis aperias.* Senatus Normannici consessus olim temporarius, *Eschiquier* dicebatur, hoc est Alueus cancellatus, seu tessellatus; fortè quòd in eiusmodi cancellato tribunali Iudices pro more considerent, iusque populis redderent.

Lib. 30.

## CAROLVS MAGNVS.

Medio & honoratiore Cancellorum loco sedet Carolus Magnus. Donatus: *Potestas maior in medio esse solet.* Vnde Dido regio situ, ad mensam recubuit media, si Maroni fides:

Æneid. 1.

*—— Aulæis iam se Regina superbis*
*Aurea composuit spondâ,* MEDIAMQVE *locauit.*

Et

Et apud Valerium Flaccum, in Epulis exhibitis Iasoni, regiis natalibus claro Principi: L. 2. Arg.

*—— Medijs famulæ conuiuia tectis*
*Expediunt, tyrio vibrat thorus igneus ostro:*
IN MEDIO ÆSONIDES *iam se Regina locauit,*
*Post alij Proceres.——*

Aimoïnus de Clodoueo II. Rege: MEDIVS *inter eos, solio residens aureo, hoc habuit sermonis exordium.* Lib. 4. cap. 41. Nec medius tantùm hîc sedet Carolus Magnus, sed & caput aureo circulo coronatus, vt Patricius Romanorum. Albericus ad annum DCC. LXXVI. *Ab hoc anno, per annos* XXV. An. 776. KAROLVS *fuit simul Rex Francorum & Longobardorum, &* PATRICIVS ROMANORVM, *antequam fieret Jmperator.* Eginarthus ad annum DCCCI. *Leo Papa* CORONAM *capiti eius imposuit, cuncto Romanorum populo acclamante:* In Vitâ Caroli Magni. anno 801 KAROLO AVGVSTO, *à Deo coronato, magno & pacifico* IMPERATORI ROMANORVM *vita & victoria. Post quas laudes, à Pontifice more antiquorum Principum adoratus est; ac deinde omisso* PATRICII *nomine*, IMPERATOR *&* AVGVSTVS *appellatus est.* Circulum autem aureum fuisse insigne Romani Patriciatus, docemur à Willelmo Malmesburiensi, qui sic de Henrico V. Cæsare: Lib. 5. de Gestis Angl. *Exeunti de camerâ, & suis Regalibus exuto, occur-* Sigebert. an. 1084.

*rerunt Romani Patricij* CVM AVREO CIRCVLO, *quem imposuerunt Imperatori in capite*, *&* PER EVM *dederunt sibi* SVMMVM PATRICIATVM *Romanæ vrbis, communi consensu omnium & volenti animo*. Augusti dignitas trinâ aurei circuli impositione conferebatur, vt apud Corippum de Iustino Iuniore: Lib.2.

ARMATI *manibus, sacrati* CIRCVLVS AVRI
*Impositus collo, Imperium sublime dicauit:*
*Quod faciens* TER, *ter dextram cum munere tendens,*
AVGVSTI, *Iustine*, LOCVM *tibi confero, dixit.*
*Ast ego te iubeo, Princeps ait, esse* TRIBVNVM.
*Felix* ARMATVS, *primus qui verba loquentis*
*Audijt, & primus* SOLENNIA DONA *recepit.*

Scientiæ Heroicæ cap.37. Obseruauit Marcus Wulsonius, *antiquos Francorum Principes, imò & Reges primæ stirpis, coronas non gestasse, sed simplices dumtaxat ex auro circulos, quos caßidi superponebant*. Idemque ab Hispaniæ Regibus in bello factitatum legimus apud Ioannem Froissardum; cuius hæc sunt verba: *Le iour de la bataille de Iuberoth*, LE ROY DE CASTILLE *auoit vn cheualier de son hostel, nommé Martin Harene, qui portoit le* BACINET *du Roy, auquel auoit vn* CERCLE D'OR, *que bien pouuoit valoir 20000. francs, pour les riches pierreries,* An.1385.

*ries, qui estoyent dessus.* Dextra è nube prodiens, & Carolino vertici supereminens, cæleste indicat præsidium ac tutelam; & à Dei manu pendere Regna, Imperia, rectaque Principum in iis administrandis consilia.

## SVMMVS CANCELLARIVS.

Intra Cancellos à dextris proximus Imperatori assidet Cancellarius, potiori togatæ militiæ dignitate illustris, alterum à Principe populi caput, geniusque Iustitiæ tutelaris. Apud Cassiodorum reperire est: *Cancellos agere*; *à Cancellis esse*, atque apud Herricum, *à Cancellis ministrum* pro eo, quem vocamus *Cancellarium.* Hæc sunt eius verba: Lib. 6. de Vitâ S. Germani.

VOLVSIANVS *erat, præcelso nomine quidam*
*Vrbis* PATRICIVS, *toti dilectus & vrbi,*
*Atque à* CANCELLIS *prisco de more* MINISTER.

De præclaro eius ministerij decore ita Cassiodorus: *Hoc laudabile præiudicium, sententiam gratiosam, militiam domesticam, à duodecimâ indictione,* CANCELLORVM *tibi* DECVS *attribuit, vt consistorij nostri* SECRETA *fideli integritate custodias: per te* PRÆSENTANDVS *accedat: per te* NOSTRIS AVRIBVS *desiderium* SVPPLICIS *innotescat:* IVSSA NOSTRA *sine studio venalitatis expedias, omniaq; sic geras, vt* NOSTRAM *possis commendare* Lib. 11. Variar. cap. 6.

IVSTI-

Lib.12. Form. IVSTITIAM. Alio item loco: *Nescio quis* MAIOR *esse creditur, quàm qui de* PENETRALIBVS IVDICIIS *destinatur. Perge ad illam prouinciam* CANCELLORVM POMPA DECORATVS, *& gloriosâ grauitate præcinctus. Fasces tibi iudicum parent, & dum iussa Prætorianæ sedis portare crederis, ipsam quodammodò potestatem reuerendus assumis. Sic enim propriè* CANCELLOS NOSTROS *agitis, si* In Chrō. M.S. *læsorum impia claustra soluatis.* Richerius Monachus Senoniensis de ENGELRAMO viro nobili ac potenti sub Carolo Magno: *Erat ille vir* IMPERATORI *ita* CHARVS, *vt ipsum* SVVM CANCELLARIVM *efficeret.* An.887. Regino Prumiensis sub Carolo Crasso: LVIDVARDVS, *Episcopus Vercellensis, vir* CAROLO *Imp. percarus, & in administrandis publicis vtilitatibus vnicus Consiliarius.* An.901. Inferiùs deinde: LVIDVARDVS, *Episcopus Vercellensis Ecclesiæ,* CAROLI *quondam Imperatoris* FAMILIARISSIMVS, *& Consiliarius à secreto.*

In tabellâ Petauianâ Summus Caroli Magni Cancellarius (quisquis ille fuerit) Tiaram gerit, seu tegmen capitis omnium ferè Orientalium, Persarum, Medorum, Parthorum, Lydorum, Cap.6. n.47. Phrygum. Iudices Medorum, apud Codinum, L.10.c.1. gestabant φακεωλίδα, quam Carolus Paschalius Æneid.7. *Tiaram* interpretatur. Et Virgilius Priamum indu-

inducit illo ornatu insignem, cùm Iura populis redderet:

*Hoc Priami* GESTAMEN *erat, cùm* IVRA *vocatis*
*More* DARET POPVLIS, *sceptrumq́ sacerq́* TIARAS,
*Iliadumq́ labor, vestes.* ——

Vnde non mirum, apud Francos primarium populi Iudicem Tiaram gestasse, quandoquidem, vt linguam Græcorum, sic etiam & cultum Francis olim placuisse, iam suprà ostendimus. Sed vt cum Budæo, singulari Francorum ornamento, de Franciæ Cancellariis absoluam paucis: CANCELLARIATVS *summum est hodie honorum fastigium, vltra quod nihil sperare licet homini togato.* Nec minori in æstimatione fuit apud Hispanos. Ioannes siquidem Mariana de Alfonso Bono Castellæ Rege: *Toletanum Præsulem* [Rodericum] *iure perpetuo, legeq́ in omne tempus latâ,* REGNI CANCELLARIVM *esse confirmauit, datum ante septem annos Martino decessori; vti eiusdem* ALFONSI *diploma declarat: quo magistratu* SVPREMA *&* MAXIMA AVCTORITAS *secundùm Regem olim continebatur.* Salazar Mendoçanus de Sigillis Regum Hispaniæ: SIGILLA REGIA *in tantâ sunt veneratione apud Hispanos, vt dum transferuntur de loco ad locum, imponantur equo tam sumptuosè instructo, ac si Rex ipse illum conscensurus esset;*

Ad Tit. de Offic. Procons.

L. 12. c. 3. An. 1213.

Lib. de Dignitatib. cap. 7.

*ſuntq́ comitata Præſide, Senatoribus, alijſq́ Cancellariæ miniſtris cum tubis ac muſicis inſtrumentis, donec peruenerunt ad locum, vbi ſunt deponenda. Cùm aliquando coram Joanne Tello Sandouallio, Præſide Valliſoletano,* SIGILLVM REGIVM *ex diplomate quodam humi decidiſſet, illud è terrâ venerabundus leuauit, oſculatus eſt, & ſupra caput ſuum poſuit, dicens: Hoc eſt corpus myſticum & figuratiuum* REGIS *Domini noſtri.*

## COMES PALATII.

Sedet à ſiniſtris Caroli Magni *Comes Palatij*, cuius *munus erat*, ait Hincmarus, *vt contentiones legales, quæ Palatium aggrediebantur, determinaret. Si quid verò eſſet, quod leges mundanæ ſtatutum non haberent, hoc ad Regis moderationem perducebatur.* Vnde Eginhartus de Carolo Magno: *Cùm calciaretur aut amiciretur, non tantùm amicos admittebat, verùm etiam, ſi* COMES PALATII *litem aliquam eſſe diceret, quæ ſine eius iuſſu definiri non poſſet, ſtatim litigantes introducere iubebat, & velut pro tribunali ſederet, lite cognitâ ſententiam dicebat.*

De Offic. Palat. cap. 21.

In Vitâ Caroli Magni.

Comes Palatij abſente Cancellario Regium ſigillum ſeruabat. Carolus Caluus Imperator in Capitularibus apud Cariſiacum: ADALARDVS COMES PALATII *remaneat cum eo* [filio Ludouico Rege Aquitaniæ] *cum* SIGILLO: *& ſi ipſe*

Cap. 17. an. 877.

*pro*

*pro aliquâ neceßitate defuerit*, GERARDVS, *siue* FREDERICVS, *vel vnus eorum, qui cum eo scariti sunt* ( id est designati ) *causas teneat.*

Gestat in tabellâ Comes Palatij pileum rotundum ac depressum, Comitalis dignitatis vetus insigne; *Mortarium* vocant, ad similitudinem vasis rotundi ex materiâ durâ, in quo res frangi faciles pistello teruntur. Eius vices nunc agit primarius Parlamenti Parisiensis Præses. Creandorum hodie in Imperio Comitum hæc est formula: *Te N. & tuos filios, & descendentes legitimos in infinitum, in veros* COMITES *creamus, cum potestate portandi, vel vtendi* BIRRETO, *seu* PILEO, *vel* CORONA COMITIS, *cum* PALLIO, *seu* MANTELLO, ANNVLO, *& quibuscumq; alijs ad dignitatem* COMITIS *pertinentibus.* Obseruauimus aliàs in vitreis Capellæ veteris Palatij Parisiensis, S. Ludouicum Regē mortario Comitali caput tectum. In Antiquis Tabulis Comites nostri Flandriæ & Hannoniæ, cum suis Paribus in iudicio sedentes, eiusdē formæ pileo sunt obtecti.

Explicationem porrò nostram Tabellæ huius Petauianæ de Carolo Magno, deque summo eius Cancellario, & Comite Palatij, egregiè firmant Gesta Franconis Episcopi Cœnomanensis, in quibus hæc leguntur: *Ille ostendit ei* [ Carolo

 Magno]

Magno] *instrumenta chartarum, & præcepta duodecim Regum antecessorum suorum; quæ Dominus Carolus statim Cancellarijs suis ante se relegere præcepit. Vt autem agnouit iustitiam domini Episcopi, præcepit, propter pleniorem auctoritatem, hæc publiciter in causis publicis* ERCHEMBALDO *seniori*, CANCELLARIO SVO, *&* TREANTO COMITI PALATII SVI *inquirere, & diligenter examinare.*

Ceterùm, quo tempore delineata fuerit hæc Petauij Tabella, indicat flos Lilij in summis cancellis depictus; qui ostendit æuum Philippi Augusti Regis, quo lilia, vt nunc sunt, cœpêre à Francis vsurpari: vt existimem Tabellam hanc è vetustiore & Carolini sæculi aliâ expictam; sed à pictore adiectum lilium, quod eius ætate apud Francos iam receptum erat.

Vide infrà c. 12.

## CAPVT X.

*Bubulum caput aureum: Apis, Ægyptiorum Deus, collatus cum Francico* CHILDERICI *Regis Idolo.*

IN funere Childerici, tanto apparatu à Proceribus curato,

*Et comes* IN POMPA CORNIGER APIS *erat.*

Ouid. l. 2. Amor. Eleg. 13.

Nam inter alias sepulchrales reliquias, quæ Tornaci exhibitæ fuerunt Serenissimo, & præter sui

pre-

*Apes aureæ gemmatæ.*



*Idolum Regis.*



*apertum.*















*auersum*



*inuersum.*













pretium ( quantumuis illud ) Ænigma ſecum trahunt, fuit & Bubulum caput, ex auro obryzo totum, oculis, naribus atque etiam cornibus pyropo pellucidis, IDOLVM REGIS ( quod palàm probaturus ſum) bellicarum expeditionum comes; nec minori myſterio, ex equi Regij fronte pendulum, vti aſſerüit Sereniſſimo Decanus Ægidius Pattus, qui illud è capiſtro exemit. Atque in primis, vt ſingula ordine exequar, Plinij etiam ætate BOS *in Ægypto* NVMINIS *vice colebatur:* APIM *vocabant.* Id nimirum, quod fanaticos Iſraëlitas, ac Ægyptiacâ ſuperſtitione imbutos, coluiſſe certum eſt; de quibus Optatus Mileuitanus: *Temporibus Moſis populus Iſraël* CAPVT VITVLI *coluit.* Lactantius: *Jn luxuriam prolapſi, ad profanos Ægyptiorum ritus animos tranſtulerunt: cùm enim Moſes Dux eorum aſcendiſſet in montem, atque ibidem quadraginta dies moraretur,* AVREVM CAPVT BOVIS, *quem vocant* APIM, *quod eis* SIGNO PRÆCEDERET, *figurarunt.* Tertullianus: *Cùm ex monilibus fœminarum, & annulis virorum,* AVRVM *fuiſſet igne conflatum, & proceſſiſſet in* BVBVLVM CAPVT.

Lib. 9. cap. 49.

Lib. 3.

De Verâ ſapient. cap. 10.

L. aduerſ. Iudæos.

Auctor eſt Porphyrius, *Ægyptios Lunæ* APIM *conſecraſſe,* SOLIS *&* LVNÆ *ſigna geſtantem;* illudque in comperto, radios ſolis expreſſos fuiſſe

Lib. de Carnis abſtinentiâ.

ab

ab eiſdem Ægyptiis per cornua; vim autem Lunæ ſolaris per Ibin, accipitris alis transformatam. Sed commodiùs & apertiùs, meâ quidem ſententiâ, Gentiles Franci Solem in fronte Numinis collocabant, vt videre eſt in hoc noſtro. Nam & ipſimet Ægyptij, Abenephio teſte, cùm per diuerſa membra bouis peculiares vires indicarent, *per* CAPVT, *defluxum* GENII SOLARIS *ſuper terram ſignificabant.* Macrobius: TAVRVM *ad* SOLEM *referri, multiplici ratione Ægyptius cultus oſtendit; vel quia apud Heliopolim* TAVRVM SOLI *conſecratum, quem* NETIRON *cognominant, maximè colunt; vel quia* BOS APIS *in ciuitate Memphi,* SOLIS *inſtar excipitur; vel quia in oppido Hermonthi, magnifico* APOLLINIS *templo, conſecratum* SOLI *colunt* TAVRVM, *Bacchim cognominantes, inſignem miraculis conuenientibus naturæ* SOLIS. Sed Manlius de Api noſtro pulcherrimè, vt hunc ipſum præ oculis habuiſſe videatur:

Kircher. l.4. Obeliſci Pamphil. c.1.

Lib. de Cultu Ægypt.

Lib.1. Saturnal. cap.21.

Lib.4.

TAVRVS *ſimplicibus donabit rura colonis.*
*Ille ſuis* PHOEBI *portat cum* CORNIBVS ORBEM.

Docet etiam Plinius, & Tabula Bembina abundè teſtatur, Apidi Ægyptio *inſignem fuiſſe in dextro latere candicantem maculam* CORNIBVS LVNÆ *creſcere incipientis.* Hanc pulchriùs, & amico

Lib.8. cap. 46.

amico Soli propiorem exhibet propriis cornibus Francorum Apis, ijsque nec altis nec erectis ad nocendum, sed in tempora reflexis, vti beneficum decet, qui petere quemquam nolit, neque incursare cornibus:

Ouid. 2. Metam. *Nullæ in fronte minæ, nec formidabile* NVMEN,
*Pacem vultus habet.* ——

In Paneg. Honor. Vnde & apud Claudianum tam clarè, vt nihil suprà: —— *Sic* NVMINA *Memphis*
*In vulgus proferre solet. Penetralibus exit*
*Effigies,* BREVIS *illa quidem, sed plurimus infrà*
*Liniger, impositâ suspirans veste sacerdos,*
*Testatur sudore* DEVM. *Nilotica sistris*
*Ripa sonat, Phariosq; modos Ægyptia ducit*
*Tibia:* SVBMISSIS *admugit* CORNIBVS *Apis.*

Addo appellata cornua à Græcis Μηνοειδῆ, à Latinis *Lunata*, quòd Lunam seu crescere, seu decrescere incipientem, vario situ referant: Claudianus de Proserpinâ:

—— *Vitulam non blandiùs ambit*
*Torua parens, pedibus, quæ nondum proterit arua,*
*Nec noua* LVNATÆ *curuauit germina* FRONTIS.

Lib 4. Carm. Ode 1. Sic & Horatius voti reus vitulum se immolaturum spondet, qui

*Fronte* CVRVATOS *imitetur* IGNES
*Tertium* LVNÆ *referentis ortum.*

Ouidius

Ouidius de Iſide: Lib.9. Metam.

——*Inerant* LVNARIA *fronti*

CORNVA.——

Ælianus: *Iſim* BVBVLIS CORNIBVS *Ægyptij & fingunt & pingunt.* Idem Herodotus tradit. Adeò varia ac penè infinita de Api & Iſide Veterum Commentariis prodita, *vt ex his nihil certius colligas*, inquit Goropius Becanus, *quàm de tantâ opinionum diuerſitate liquidò conſtare, nihil ſacri in vulgus cognitum fuiſſe: & eorum maximè ſequendam ſententiam, qui* SERAPIN, APIN, ISIDEM, OSIRIDEM, ANVBIN, *eumdem faciunt Deum, alijs & alijs modis conſideratum.* Lib.10. de Anim. cap. 27. Lib.2. Lib.16. Hierogl.

Apud Sambros, ſi Plinio credimus, *Quadrupedes omnes* SINE AVRIBVS, *etiam elephanti.* Verùm id quodam naturæ monſtro: nam *Tauris*, apud eumdem, *in aſpectu generoſitas, toruâ fronte*, AVRIBVS SETOSIS. Vnde illa admiratio Ariſtoclis in carminibus de Tauro victimâ: Lib.6. cap.30. Lib.9. cap.45. Apud Alex. ab Alex. l.3. cap.12.

*Miror in Hermione, quòd magno robore* TAVRVM,
*Quemq; viri poſſent vix domuiſſe decem,*
*E grege deductum* SOLA AVRE *adducit ad aram.*

Apidis Numen apud Ægyptios benè auritum exhibet Tabula Bembina: Franci haud paulò ingenioſiores ſine auribus Deum coluêre; quòd in iumentorum animis affectus omnes indica-

rent, quos in Numen cadere diuinæ mentis tranquillitas, etiam fabulis implexa, non ſinit.
Lib. 11. cap. 37. Eleganter Plinius: *In equis, & omnium iumentorum genere*, AVRES *indicia animi præferunt, feßis* MARCIDÆ, MICANTES *pauidis*, SVBTECTÆ *furentibus*, RESOLVTÆ *ægris.* Natalis Comes:
Lib. 2. Mythol. cap. 1. *Fingebatur in Cretâ* IOVIS *imago* SINE AVRIBVS; *quia Regibus non conuenit quaſuis nugas audire.*
Lib. 2. Hiſt. Animal. cap. 11. Ariſtoteles: DELPHINVS [regium animal] *audit quidem, ſed nullis cauernis, quæ vicem præbent aurium.* Seneca, vbi iudicia vulgi ſpernenda docet:
Epiſt. 31. SAPIENS *eris, ſi clauſeris* AVRES; *quibus ceram parum eſt obdere: firmiori ſpiſſamento opus eſt, quàm vſum in ſocijs Vlyſſem ferunt.*

Lib. de Morib. Germ. Ad hæc apud Tacitum Germani Francorum maiores: *Lucos & nemora conſecrant, Deorumq́ue nominibus appellant* SECRETVM *illud, quod* SO-
L. 12. c. 1. LA REVERENTIA *vident.* Ad rem Plinius quoque: *Etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant: nec magis* AVRO FVLGENTIA *atque ebore* SIMVLACRA, *quàm* LVCOS, & *in ijs* SILENTIA SACRA *adoramus.* Vt ergo ſilebant perpetuò falſa illa ac muta Numina, ita nec voce, ſed ſolâ
Lib. de Diuinat. reuerentiâ colebantur. Tullius clarè: *Deorum animi ſine oculis,* SINE AVRIBVS, *ſine linguâ, ſentiunt inter ſe quid quiſque ſentiat: ex quo fit, vt homi-*

*homines etiam, cùm taciti optant aliquid, aut vouent, haud dubitant, quin Dij illud exaudiant.*

Regij Idoli cerebrum apertum eſt,& vacuum, impoſito capitello, ſeu operculo, tegendi ac retegendi gratiâ; totumque Bubuli Numinis caput peruium ad gulam vſque; vino ſeu libamine fortaſſis infundendo, ſpecie qualiſcumque ſacrificij, atque adorationis, eoque facili & parabili, maximè in bellicis expeditionibus. Sic apud Virgilium: Lib.4. Æneid.

*—— Nigrantes terga* IVVENCOS
*Conſtituit*, FRONTIQVE INVERGIT VINA *ſacerdos.*
*Ipſa tenens dextrâ* PATERAM *pulcherrima Dido*
*Candentis vaccæ* MEDIA *inter* CORNVA *fundit.*

Intra operculum anſula eſt quadrata & oblonga, cuius etiam vſus, ni fallor, vel ad Magica intra caput vacuum ſuſpendenda, vel certè ſuſtinendis funiculo penſilibus donariis, bullis, floribus, corollis. Iuuenalis: Sat.9.

*O* PARVI, *noſtrique* LARES, *quos thure* MINVTO,
*Aut* FARRE, *&* TENVI *ſoleo exornare* CORONA.

Et apud Plautum Euclio: In Aulullariâ.

*Nunc* THVSCVLVM *emi*, *&* *haſce* CORONAS *floreas*;
*Hæc imponentur in foco noſtro* LARI.

Quin etiam Lar ipſe ita loquitur in prologo:

*Aut* THVRE,*aut* VINO,*aut aliquo ſemper ſupplicat;*
*Dat mihi* CORONAS.——

Satyr. 5. Perſius:

BVLLAQVE *ſuccinctis* LARIBVS *donata* PEPENDIT.

Lib. 1. El. 7. Et Tibullus de Genio Deo:

*Illius è noſtro ſtillent vnguenta capillo,*
*Et* CAPITE *&* COLLO *mollia* SERTA *gerat.*

Lib. 4. El. 1. Idem alibi:

PARVAQVE *cæleſtes pacauit* MICA; *nec illis*
*Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.*

Lib. 3. Carm. Ode 23. Horatius: ——*Te nihil attinet*
*Tentare multâ cæde bidentium*
PARVOS CORONANTEM *marino*
*Rore deos, fragiliq; myrto.*

Omnia ſunt exigua, parui Lares, parui dij, thus minutum, ſeu thuſculum, far ſubtile, tenuis corona, mollia ſerta, parua mica, fragilis myrtus.

Venio iam ad id, quod ſuſceptæ diſquiſitionis album eſt; dicoque, atque iterùm oſtendo penitiùs, deum Apim, ſeu Bubulum caput, præcipuum fuiſſe Childerici Regis Idolum, vetuſtâ origine, vt ex dictis patet. Gregorius Turonenſis, (Lib. 2. cap. 10.) antiquiſſimus ac fideliſſimus Francorum Scriptor, de Childerico Rege noſtro, & eius Francicâ ſtirpe: *Hæc generatio fanaticis ſemper cultibus viſa*

*visa est obsequium præbuisse; nec prorsus agnouêre Deum; sibique syluarum atque aquarum, auium* BESTIARVMQVE, *& aliorum quoque elementorum finxêre formas, ipsasque vt* DEVM *colere, eisque sacrificia delibare consueti.* Exclamat deinde: *O si eorum fibras cordium vox illa terribilis attigisset, quæ* PER MOYSEN POPVLO *locuta est!* Tum subijcit, quasi digitum intendens in Francicum Apim: *Quid si intelligere potuissent, quæ pro* VITVLI CONFLATILIS *veneratione* ISRAELITICVM POPVLVM *vltio subsecuta compresserit!* Gesta Regum Francorum: *Erant autem tunc* FRANCI *fanatici, adorantes* IDOLA, *&* SIMVLACRA, *& non Dominum cæli & terræ, qui creauit nos.* Rorico, de Meroueo Rege: *Hic genuit* CHILDERICVM, *patrem* CLODOVEI *Regis excellentissimi. Erant autem* FRANCI *tunc fanatici,* ADORANTES IDOLA, *& non agnoscebant Regem cæli, qui creauit omnia.* Tacitus de Germanis, Francorum progenitoribus: *Nec cohibere parietibus Deos, neque in vllam* HVMANI ORIS *speciem assimilare ex magnitudine cælestium arbitrantur.* Quia igitur Ægyptij, Græci & Latini, *& simul Germani nostri sacra eius ijsdem coluerunt ritibus, inde patet* (inquit Cluuerius loquens de Iside) *non ex Ægypto demum posterioribus temporibus*

Cap. 7.

Lib. 1.

Lib. 2. de Morib. Germ.

Lib. 1. German. cap. 27.

*eam accepiße superstitionem Latinos, Græcos & Germanos; sed iam inde à dispersione gentium, ex vnâ Asiâ omnes pariter in suam quosque terram detulisse.* Tacitus iterùm de eisdem Germanis: *Coëunt (nisi quid fortuitum aut subitum inciderit) certis diebus, cùm aut inchoatur* LVNA, *aut impletur: nam agendis rebus hoc auspicatißimum initium credunt. Nec dierum numerum, vt nos, sed noctium computant; sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur.* Id in Salicis Legibus passim obseruare licet, in quibus & hæc quoque de Tauro Regis edicuntur: *Si quis* TAVRVM REGIS *furauerit,* MM. DC. *denarijs, qui faciunt solidos* XC. *culpabilis iudicetur, excepto capitale & delaturâ.* Wendelinus explicat Taurum, qui Tauris alijs iungebatur currui regio, quo ad mallum publicum Rex vehi solebat apud primos Francos, qui sedes in Taxandriâ collocarunt; vbi adhuc proprium est plus bubus iugalibus ad suos currus vti, quàm equis. Vnde Franci Reges primæ stirpis patrios ac suæ gentis mores diu retinuerunt. Eginarthus de illis: *Quocumque eundum erat, carpento ibat* REX, *quod* BVBVS IVNCTIS, *&* BVBVLCO, *rustico more agente trahebatur: sic ad* PALATIVM, *sic ad* PVBLICVM *populi sui* CONVENTVM, *qui annuatim ob Regni vtilitatem celebraba-*

Tit. 3. § 10.

In Glossar. Salico.

In Vitâ Caroli Magni.

*brabatur, ire, ſic domum redire ſolebat.* Gregorius Turonenſis de Deuteriâ, quam marito orbatam Theodebertus Rex Auſtraſiæ in vxorem acceperat: *Cernens filiam ſuam adultam valde eſſe, timens ne eam concupiſcens Rex ſibi aſſumeret, in* BASTERNA *poſitam*, INDOMITIS BOBVS *coniunctis, eam de ponte præcipitauit, quæ in ipſo flumine ſpiritum reddidit.* Baſterna, Reginæ carpentum erat, bobus tractum. Adeò benè, eâ tempeſtate, Regiæ maieſtati cum bobus conueniebat, perinde ac ſi typum eius aliquem geſſiſſent; vt neque fruſtrà ſcripſerit Homeri Scholiaſtes, Priſcos in alterâ parte Numiſmatis BOVEM, in alterâ FACIEM REGIAM inſculpſiſſe. L.3.c.26.




Tria hoc loco ad maiorem lucem repræſento, Græca duo, Romanum tertium; ac primum quidem

dem cusum à Delphis Græciæ populis, in cuius
In Encarpo. aduersâ parte Apollinis caput cum lyrâ. Hieronymus Aleander in Tabulâ Heliacâ: *Ad* SICILIÆ *indicandam vbertatem*, SOLIS BOVES *in eâ insulâ stabulari fabulatus est maximus Poëtarum: licet enim sint* BOVES *per se* FERTILITATIS SYMBOLVM; *id tamen fit magis perspicuum, cùm eorum*
L.2.c.98. *dominum* SOLEM *perhibent.* Plinius: *Omnia plenilunio maria purgantur, quædam & stato tempore. Circa* MESSANAM *& Mylas, fimo similia expuuntur in littus purgamenta; vnde fabula,* SOLIS BOVES *ibi stabulari.*

Alterum item Græcum *Bubulo capite, sine auribus, laureâ coronâ cincto.* In parte anticâ *caput Neptuni barbati & coronati.* Tradit Pausanias litigasse de ditione Trœzenicâ Palladem & Neptunum; à Ioue compositam litem, atque ex æquo regionem vtrique adiudicasse; quâ de causâ & Mineruam venerabantur Poliadem, & *Neptunum cognomento* REGEM.

Tertium, Romanum C. ANTII RESTIONIS, Bubulum etiam caput refert, sine auribus, encarpis & lemniscis coronatum, cum Spei symbo-
Lib.10. lo. Et sanè auctor est idem Pausanias, Boues spem anni, seu fertilitatem designare: dicit enim: *Caristios & Platæenses deuictis Medis*

BOVES

BOVES APOLLINI *Delphico dedicasse, quòd expulsis barbaris perfectam felicitatem essent adepti, terramq́ liberam ararent.* Sed & bouem ipsum, *Deum crediderunt Ægyptij, pro eo quòd per ipsum rura excolentes victum cibumq́ capiebant*, illique *deberet alimenta quidquid ali potest.* Hinc illud Menandri infame dictum etiam in sordidissimo parasitastro: *Id quod me nutrit, id ego* DEVM *indico.* Miseri Hieromystæ *stulti facti sunt* (vt hîc Gentium Apostoli verba vsurpem) *& mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominum, & volucrum, &* QVADRVPEDVM, *& serpentium.* Hæc Francis Gentilibus præcipua Numina, bello & pace, domi forisque; de quibus Tacitus: EFFIGIES *&* SIGNA *quædam detracta lucis* IN PRÆLIVM *ferunt*; vti olim Israëlitæ ab Ægyptiis decepti, AVREVM CAPVT BOVIS, *quem vocant* APIM, *quod eis* SIGNO PRÆCEDERET, *figurarunt.* Neque absimili superstitione Childericus noster Idolum Apim bellicarum expeditionum comitem adsciuit, tamquam Larem Vialem & Hostilium. Arnobius: *Possumus & aliquid summatim de* LARIBVS *dicere, quos arbitratur vulgus, vicorum atq́* ITINERVM DEOS *esse.* Plautus in Mercatore: —— *Inuoco*

*Vos* LARES VIALES, *vt me benè iuuetis.*


[Margin notes: Ruffin. de Vitis PP. in Apollonio. — Vegetius in Prolog. lib. 2. Veterin. — Rom. 1. 33. — Lib. de Morib. Germ. — Lactantius de Verâ sapient. cap. 10. — Lib. 3. contra Gentes. — Actu. 5. Scen. 2.]

V Festus

Festus Pompeius: HOSTILIIS LARIBVS *immolabant, quòd ab his* HOSTES *arceri putabant.*

Sed cur ex equi Regij fronte seu capistro pendulum Apim gessit Childericus? Nodum soluit Tacitus tam clarè vt nihil suprà, vbi de Germanis, Childerici ceterorumque Francorum maioribus: GERMANIS, inquit, *proprium,* EQVORVM *præsagia ac monitus* EXPERIRI. *Publicè aluntur ijsdem nemoribus ac* LVCIS, *candidi, & nullo mortali opere contacti, quos pressos* SACRO *curru* SACERDOS, *ac* REX *vel* PRINCEPS *ciuitatis comitantur,* HINNITVSQVE *ac* FREMITVS OBSERVANT. *Nec vlli* AVSPICIO *maior fides, non solùm apud plebem, sed apud* PROCERES, *apud* SACERDOTES; *se enim* MINISTROS DEORVM, *illos* CONSCIOS *putant.*

Lib. de Morib. Germ.



CAPVT

# CAPVT XI.

## *Apum ex Api, seu Boue, certa generatio.* CHILDERICI *Regis mens explicata.*

APum examen, quibus etiam totus equi instructus ornatus erat, alterum est Emblema, seu Ænigma Hieroglyphicum; quod iam reperto Api facile fuerit explicare, naturâ ipsâ, & Nummis Dyrrachiorum facem præferentibus, in quibus Bouem iam suprà retuli, cum lactente vitulo, Api & Apiculis aluearia duo circumuolitantibus. Iuuat ergo præcipuos naturæ mystas in medium adferre, & Regias Apes, è Boue emicantes prodeuntesque delinire flosculis, ac melleâ Poëtarum suauitate. Ouidius in Metamorphosi:

Sup. fol. 151.

Lib. 15.

*I quoq;, delectos,* MACTATOS *obrue* TAVROS,
*(Cognita res visu) de putri viscere passim*
FLORILEGÆ *nascuntur* APES, *quæ more* PARENTVM
*Rura colunt, operiq; fauent, in* SPEMQVE *laborant.*

Idem in Fastis, de pastore Aristæo:

Lib. 1.

*Obrue* MACTATI *corpus tellure* IVVENCI:
*Quod petis à nobis, obrutus ille dabit.*
*Iussa facit pastor, feruent* EXAMINA *putri*
*De* BOVE, *mille* ANIMAS *vna necata dedit.*

Lib. 4. Georg. Virgilius, vbi agit de Apibus reparandis, si amissæ fuerint:

*Sed si quem proles subitò defecerit omnis,*
*Nec genus vnde nouæ stirpis reuocetur, habebit;*
*Tum* VITVLVS *bimâ curuans iam cornua fronte*
*Quæritur: huic geminæ nares, & spiritus oris*
*Multa reluctanti obstruitur: plagisq́ perempto*
*Tunsa per integram soluuntur viscera pellem.*
*Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis*
*Subijciunt fragmenta, thymum, casiasq́ recentes.*
*Intereà teneris tepefactus in ossibus humor*
*Æstuat, & visenda modis animalia miris*
*Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis*
*Miscentur, tenuemq́ magis, magis aëra carpunt:*
*Donec vt æstiuis effusus nubibus imber*
*Erupêre.*

Lib. 11. cap. 20. Plinius quoque naturæ Bibliothecarius tradit, *Apes in totum amissas reparari ventribus* BVBVLIS *recentibus, cum fimo obrutis.* Scientissimus item Galenus, libro de Animali quod est in vtero: *Si* Cap. 5. *quispiam verò à nobis naturæ rationes quærat; eam omnia à seipsâ doctam, ex seq́ discentem agere sciat. Neque enim quo pacto vermes in plantis gignuntur, aut equis* BOBVSQVE *vespæ atque* APES, *facilè nos dicere licet; verùm à naturâ simpliciter fiunt.* Idem alio loco, de Melle: NATARVM TAVRI Lib. 9. de Compo-sit. Phar-mac. c. 4. *textu-*

*textura, quandoquidem ex putrescentibus* TAVRIS APES *generari tradunt.* Scriptor Geoponicarum præceptionum: *Aiunt ex* CEREBRO [ vituli ] *gigni* REGES, *ex cornibus verò* ALIAS APES. *Nascitur autem & ex medullâ spinali* REX; *præstare tamen ex* CEREBRO *natos & magnitudine, & pulchritudine, & robore omnibus aliis, traditur.* Apud Varronem APES *nascuntur partim ex Apibus, partim ex* BVBVLO *corpore putrefacto.* Itaque Archelaus in Epigrammate ait eas esse

Lib. 3. de Re Rustic. c. 16.

——Βοὸς φθιμένης πεποιημένα τέκνα,

seu BOVIS *putrefacti sobolem*; feruntque in Ægypto loca quædam esse, vbi, si defodiatur Taurus, ita vt cornua tantùm supra terram emineant, eaque deinde serrâ amputentur, Apes euolent; putredine enim in illud animalculum immutari: hinc βουπαῖδες, βουγενεῖς à Græcis dicuntur. Quin & Phyletas apud Antigonum Apes vocat Taurigenas:

Kircher. l. 4. Obelisci Pāphilij c. 1.

TAVRIGENAS *sic fatus* APES *longinquus adisti.*

Hanc miram earum cum Boue cognationem ita Plinius iam laudatus indicat: *Aluearia hyeme stramento operiri, crebrò suffiri, maximè verò* FIMO BVBVLO: COGNATVM *hoc iis, innascentes bestiolas necat, araneos, papiliones, teredines,* APESQVE *ipsas excitat.* Id quod etiam insinuat Galenus, vbi tra-

Lib. 21. cap. 14.

Lib. 10. de Simplic. Medic. facult.

tradit, FIMO BVBVLO APVM *vesparumq́; morsus iuuari; idq́; posse fieri à proprietate totius substantiæ.* Addit Abenephius, laudatus à doctissimo Kirchero, non tantùm insignem sympathiam inter bouem & apem esse; sed adeò, quemadmodum boues ex se generant apes, ita apes bouinum quid parturire. *Quod tum primùm intellexi,* subdit Kircherus, *cùm in admirabilem illam historiam de Apibus incidi Bernardini Gomesij.* Est autem eiusmodi: *Dum*, inquit, *Sagunti animi recreandi gratiâ apud aluearia versarer, ac summoperè mirarer inter singularia opera in primis fucorum obsequium atque benignitatem, tum in ipsis inclusum apum seminarium, quod vnum me quidem in magnam admirationem induxit. Referam enim rem nouam, inauditam, neque visam hactenus, neque ab vllo Scriptore, quod sciam, memoriæ proditam: Nam cùm interim captus à me fucus, digitis atque vngue medius premeretur, si fortè vice aculei aliquid emitteret, ecce ruptis visceribus, atque posterioris partis pelliculâ, album seu croceum* CAPVT BOVIS, *expansis & tortuosis* CORNIBVS, *rostroq́; adunco affabrè formatum repentè emersit; quam rem summè qui aderant admirantes, atque idcircò ipsis denuò id experiri flagitantibus, alijs subinde quinque fucis à me pressis, totidem simul* BOVM CAPITA *erumperunt;*

Lib. 4. Obelisci Pamph. cap. 1.

*perunt*; *naturâ quidem, cui meritò ſumma ineſt cura*, APVM *in hoc portento, ſeminalem earum rationem, atq; quamdam* CVM BOBVS AMICITIAM *exercente*. Hæc ille: quæ dum legiſſet Kircherus, experimenti deſiderio periculum fecit & ipſe in fucis, & quod primùm ſeu paradoxum mirabatur, tandem certiſſimum eſſe cognouit. *Comperi*, inquit, *neſcio quid* BOVINVM *intra viſcera generare fucum*; *quod omnes naturalium rerum inueſtigatores notare velim*.

Sed hæc de Taurigenis Apibus ſatis. Repertæ in ſepulchro Childerici aureæ trecentæ, eoque ampliùs, paruæ omnes, leues, nitidæ, ardentes auro, quas maximè probat Virgilius: nam *quantò*, inquit Columella, GRANDIOR APIS, *atque etiam* ROTVNDIOR, *tantò* PEIOR; cùm rerum natura nuſquam magis, quàm in MINIMIS tota ſit. Vnde & Eccleſiaſticus: BREVIS *in volatilibus eſt* APIS, *& initium dulcoris habet fructus eius*. Pendet quæque auri puri grana XXXVI. habentque à tergo ſingulæ anellum eiuſdem metalli, quo equi Regij phaleris, frontali, antilenæ & habenis iungebantur, pulcherrimo Regiæ poteſtatis ſymbolo. Ælianus: *Dionyſium, Hermocratis filium, aiunt flumen equo traieciſſe*; *cumq; in luto equus concideret, eum deſiluiſſe, & ripæ compotem*

[Lib. 9. de Re Ruſtic. c. 3.] [Plinius l. 11. c. 1. & 2.] [Cap. 11. 3.] [Lib. 12. Var. Hiſt. cap. 40.]

*potem esse factum; atque sic relicto postmodum equo, quasi non ampliùs suo, discessisse. Cùm autem sequeretur equus & hinniret, reuersum esse; cumq; apprehenderet eius iubam ad ascendendum,* APVM EXAMEN *continuò manum circumdedisse: atque de his interroganti, respondisse Dionysio Galeotas,* MONARCHIAM *eâ re præsignificari.* Plinius paulò aliter, Equum nimirum *secutum vestigia Domini,* EXAMINE APVM *iubâ inhærente; eoq; ostento Tyrannidem à Dionysio occupatam.* Nec sine remotiore sensu equo bellatori Apes addidit Childericus, quòd, vt ille

Plin.l.8. cap.42.

Non capit —— *animo palmas, gaudetq; Triumpho,*
*Attollit caput, & vulgi se venditat auræ;*

Oppian. in Halieut.

ita iracundissimæ, & pro corporis captu pugnacissimæ Apes Regem suum, quando aciem ducit, stipant ac tegunt veluti modicellæ Amazones,

Petrasancta lib.1.de Symb. Heroic.

*Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq; lacertos,*
*Et* CIRCA REGEM, *atq; ipsa ad* PRÆTORIA *densæ*
*Miscentur, magnisq; vocant clamoribus* HOSTEM.

Virg.l 4. Georg.

Petronius in Fragmentis:

—— *Textis* APIS *excita ceris*
*Feruet, & audaci milite* CASTRA *replet.*

Plinius: *Interdum statio ad* PORTAS *more* CASTRORVM.

Lib.11. cap.10.

Virgi-

Virgilius iterùm: V.165.

*Sunt quibus ad* PORTAS *cecidit* CVSTODIA *ſorti.*

Ariſtoteles: *Apud ſuos alueos pugnant acerrimè, &* HOSTES, *quos vicerunt, enecant.* Columella denique: *Inter ſe, tamquam* CIVILIBVS BELLIS, *& cum ceteris, tamquam cum exteris gentibus* PRÆLIANTVR. *Sunt enim plures vnius* POPVLI DVCES, *& quaſi Procerum ſeditione* PLEBS *in partes diuiditur.* L.9.c.40. L.9.c.9.

Hinc & notandum occurrit, omnes Apes Childericianas eiuſdem eſſe magnitudinis, nullumque illis adeſſe Regem, quem *formâ inſignem diſsimilemq́; ceteris eſſe tum magnitudine, tum nitore*, Seneca tradit; cui pari modo Plinius *formam ſemper egregiam, ac* DVPLO *quàm ceteris* MAIOREM *tribuit.* Hoc nimirum typo Ethologico, nec re ipsâ tantùm, Childericus perſonam Regis agere ſolus in Regno ſuo voluerit, eique reſtitutus, ſtudium erga populum & clementiam teſtari, Apum Regis exemplo, qui vnus eſt, nec aculeum habet. Seneca Philoſophus: REX *ipſe* SINE ACVLEO *eſt: noluit enim natura nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno conſtituram petere. Exemplar hoc* MAGNIS REGIBVS *ingens eſt.* Ob hanc innatam manſuetudinem: —— *mollibus olim* Lib. de Clemēt. cap. 19. Lib. 11. cap. 16. Lib. de Clement. cap. 19.

*Stridula ducturum pratis examina* REGEM Claudianus l. 12.

*Naſcentem* VENERANTVR APES;

X quibus

quibus viciſſim Regi obſequentem populum de-
L.1.c.62. ſignari docet Horus hiſce verbis: *Populum* REGI OBSEQVENTEM *innuentes*; APEM *pingunt: habent enim* SOLÆ *hæ ex omni genere animantium* REGEM, *quem vniuerſum* APVM AGMEN *conſectetur, æquè ac homines* REGI *obtemperantes*. D. Ambroſius: *Ipſæ ſibi* REGEM *ordinant, ipſæ* POPVLVS *creant*. Iulius Pollux: *Qui examini præeſt, quemq; tota cohors ſequitur*, DVX *&* REX *nominatur; earumq; ſoboles χαδόνες dicuntur. Sed ignauum horum pecus*, FVCI *ſunt*. Plinius: *Mira* PLEBI *circa Regem obedientia: cùm procedit, vnà eſt totum* EXAMEN; *cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore, cùm* POPVLVS *in labore eſt*, IPSE *opera intus circuit ſimilis exhortanti, ſolus immunis: circa eum* SATELLITES *quidam* LICTORESQVE, *aſsidui* CVSTODES AVTHORITATIS: *eſſe vtique* SINE REGE *non poſſunt*. Virgilius de iiſdem:

Hexaëm. 5. cap. 21.

Lib. 1. Onomaſt. cap. 15.

Lib. 11. cap. 17.

Lib. 4. Georg. v. 220.

—— REGEM *non ſic Ægyptus, & ingens*
*Lybia, nec populi Parthorũ, aut Medus Hydaſpes*
*Obſeruant.* REGE *incolumi mens omnibus vna eſt:*
*Amiſſo rupère fidem; conſtructaq; mella*
*Diripuère ipſæ, & crates ſoluère fauorum.*

Obſeruo etiam Apum repertarum in conditorio Childerici alias læue habere politumque collum,
L.9.c.40. alias aſperius & virgatum. Ariſtoteles: *Differunt*

*inter*

*inter se* APES *parentibus natæ* VRBANIS, *& quæ* RVSTICO *montanoq́ victu educatis prodierint. Sunt enim hæ* SYLVESTRES *horridiores aspectu, & iracundiores, & minores; sed opere ac labore præstantiores.* Quocircà respexerit Childericus ad populorum, quibus præerat, diuersa ingenia. *Gentes aliæ sunt iracundæ*, inquit Liuius, *aliæ audaces, quædam timidæ; in vinum, in venerem proniores aliæ sunt.* Lib. 45. Vt hominibus singulis, sic populis suæ laudes, suæ labes: & in quâ gente vitia certa increbuêre, mores vocantur.



# CAPVT XII.

*Francica Symbola Regum vetustioris æui non fuerunt Busones, non Lunulæ, non Diademata, non Lilia, non Irides, non Spei tesseræ, non Hastarum spiculæ; sed Apes aureæ.*

IAm pridem quæsitum à multis, quænam essent Symbola Regum apud Francos vetustioris æui; neque hactenus quisquam postulato fecit satis; & adhuc sub iudice lis est. Hanc ego præsenti capite dirimere conabor, ac nodos omnes, si qui obstare videntur, exsoluere. Igitur ante omnia:

## NON FVERE BVFONES.

In Clodoueo. Robertus Guaguinus in Francorum Gestis: *Nullo certo auctore, sed perseuerante ad hanc meam ætatem famâ accepi, fuisse Regibus Francis* BVFONES TRES, *nobilitatis quidem insigne*. Papirius Massonus: *Quorumdam opinio est*, BVFONES *in militari signo Francorum olim visos, quod illi nullâ auctoritate dicunt*. Rectè ab vtroque id, vt incertum traditur, de quo altum apud omnes Antiquos silentium.

Lib. 3. Annal.

NON

## NON LVNVLÆ.

Scribit & Nicolaus Gillius, *Clodoueum I. Regem gestasse in scuto suo tres* LVNÆ CRESCENTIS *cornutas facies*, quas deleri fecit, vt Liliis vteretur. Sed quis, amabo, homini credat referenti sæculo proximè præterito rem gestam ante annos centum supra mille, sine vllâ aliâ vetustatis auctoritate? In Clodoueo.

## NON DIADEMATA.

Pari fide Paulus Æmylius, de Clodoueo Rege Christianis sacris initiando: *Cùm tribus* DIADEMATIS *rubris in albâ parmâ depictis ad eam diem vsus fuisset, pro gentilitijs insignibus* LILIATA SIGNA *accepit.* Nec istud etiam vllo nititur antiquitatis fundamento. In Clodoueo.

## NON LILIA.

Obstat in primis color: Francorum enim Symbola, quæ vulgò LILIA vocant, aurea sunt; vulgare autem lilium candore sic excellit, vt Venus non sine inuidiâ illud aliquando aspexerit, tamquam à flore mater amorum vinceretur; ergo puniuit florem, &, quod mirêre, obscœnauit: Nicander fabulam refert. In Alexipharmac.

L.21.c.5. Obstat deinde forma floris, quem Plinius describit *effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuiq; filo & semine, stantibus in medio crocis.* Additque statim: *Est flos non dissimilis illi in herbâ, quam* CONVOLVVLVM *vocant; nascitur per fruteta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantùm referens, ac veluti naturæ rudimentum* LILIA *facere condiscentis.* Prætereà lilij flos senis constat folijs, in quo dissentit à Francico insigni, quod tria dumtaxat habet folia, surrectum vnum, duo repanda. Guillelmus Nangiacus clarè: *Consueuerunt Reges in suis armis & vexillis* FLOREM LILII *depictum cum* TRIBVS FOLIIS *comportare.*

In Gestis S. Ludouici ad an. 1230.

Obstat tertiò vsus ab antiquo nullus: nam ad me scripsit aliàs Andreas Chesneus, Regius Francorum Historicus, Lutetiâ XV. Augusti M.DC.XXIX. *Se nulla vmquam obseruasse* LILIA *in sigillis Regum Francorum ante Philippum Augustum;* exclusis omnino Merouingis, Carlouingisque Regibus, pro quibus adduci nequeunt lilia, quæ hodie spectantur in eorum sepulchris, quandoquidem tradit Petrus Gassendus, *Nicolaum Peireskium falsi conuicisse tumulos extructos, tum* CLODOVEO *ad S. Genouefam, tum* CHILPERICO *ad S. Germanum.* Et cùm eos expendisset, qui ad S. Dionysium, *Nihil potui comperire,* dixit, *quod ante*

An. 1629.

Lib. 2. Vitæ, anno 1605.

*ante D. Ludouici tempora satisfecerit; existimoq́ue omnes illos antiquissimos tumulos tempore eodem, nec multo ante D. Ludouicum constructos.*

## NON IRIDES.

Claudius Fauchetus, vt se extricet ab eiusmodi Scriptorum variantibus sententiis, ita ratiocinatur: *Verosimilius est, Francici scuti delineatores indicare voluisse primam Francorum originem à Sicambris, qui Frisiæ paludes incolebant, Hollandiam versus, Zelandiam & Geldriam; quam ob causam Regibus nostris dedêre* PAVILLEÆ *florem (paruum lilium est, flaui coloris, quod nascitur in paludosis locis, floretq́ue Maio mense & Iunio) in campo cæruleo, imitante aquam, quæ vbi quiescit, cœli colorem acquirit.* Placuit aliàs (nec diffiteor) Faucheti mens, cuius coniecturis adieceram rationem, cur Iris domestica *Lilium cæleste* vocaretur; nempe ob cæruleum floris colorem. Reperi tamen posteà, flores omnes à Columellâ vocatos *Terrestria sydera.* Postquam verò aureas Apes vidi repertas in conditorio Childerici Regis, mutaui sententiam, abieciq́ue *Pauilleas*, siue *Irides luteas*; quarum nulla pro Francorum Insigni apud Veteres mentio. Plinius fauet, vbi de Amarantho, Cyano & Elichryso: *Omnes hi flores non*

Lib. 2. de Orig. c. 2.

Lib. 10.

L. 21. c. 8.

*non fuère in vsu Alexandri Magni ætate, quoniam proximi à morte eius auctores siluère de illis.*

## NON SPEI SYMBOLA.

In Antiquis Romanorum Numiſmatis Spei Numen exprimitur per adoleſcentulam, quæ ſtolæ laciniam ſiniſtrâ nonnihil attollit, gradienti ſimilis. Prorſus à ſpe ad rem progreſſus eſt, vti
In Flor. rectè Apuleius: *Omnibus in rebus prius eſt* SPEI RVDIMENTVM, *quàm rei experimentum.* Itaque Spei Numen dextræ digitis HERBAM tenet TRIVM dumtaxat FOLIORVM, de quâ Anto-
Dial.2. nius Auguſtinus: *Credo*, inquit, *primum germen eſſe, quod iacto* GRANI SEMINE *exilit; cuius adhuc* SPES IN GRAMINE *eſſe, vetere verbo dicitur. Vtiq;* GRAMEN RECENS, *colore ac tempeſtiuitate* BONAM MALAMVE SPEM *meſſis concitat.* Recentis graminis color viridis à puellis noſtris pro ſpei teſſerâ in tæniolis geſtatur. Apud Poëtas autem inuenio ſpem pro ſemine, & pro ger-
Lib.1. Georg. mine ipſo frequenter vſurpari. Virgilius de ſemine:

*Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,*
*Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ,*
*Debita quàm ſulcis committas* SEMINA, *quamq;*
*Inuitæ properes* ANNI SPEM *credere terræ.*

Tibul-

Tibullus item: Lib. 2. Eleg.6.

*Jam mala finiſſem letho: ſed* CREDVLA *vitam*
*S*PES *fouet,& meliùs cras fore ſemper ait.*
SPES *alit agricolas,* SPES *ſulcis credit aratris*
SEMINA, *quæ magno fœnore reddat ager.*

De primo ſeminis herbaceo germine Ouidius, Lib.15. Metam.
vbi de quatuor anni tempeſtatibus:

*Quid non in ſpecies ſecedere quatuor annum*
*Aſpicis, ætatis peragentem imitamina noſtræ?*
*Nam tener & lactens, puerique ſimillimus æuo,*
*Vere nouo eſt: tūc* HERBA RECENS *& roboris expers*
*Turget & inſolida eſt, &* SPE DELECTAT AGRESTES.

Idem libro eodem inſinuat: ——*Prima putatur*
*Hoſtia ſus meruiſſe mori, quia* SEMINA *pando*
*Eruerat roſtro,* SPEMQVE *interceperat* ANNI.

Huc bellè facit meus annularis ſmaragdus, quem ſculptum exhibuit V. C. Caſp. Geuartius: in eo ſcalpta eſt duplex Spei teſſera, naſcentis & adultæ. Naſcentem oſtendit herbæ triſidum germen, quod Numen dextrâ tenet; adultam, ſpicà è ſolo prodiens ante pedes Deæ. SPICA, Varroni à SPE dicta, propinquæ meſſis Symbolum eſt. *Conceptus* SPICÆ, inquit Plinius, *vbi* SPEM *ſui fecit, quatuor aut quinque tardiſſimè diebus frumenta florere incipiunt.* Ad hæc attendendus gemmæ praſinus color, ſeu naſcentis

In Pompâ Introitus Ferdin. Auſtriac. in Vrbem Antuerp. p.13.
Lib.4. de LL.
Lib.18. cap.17.

Spei, & erumpentis è semine viridis germinis.
L.37.c.5. Plinius egregiè: *Herbas* VIRENTES, *& frondes auidè spectamus: S*MARAGDOS *verò tantò libentiùs, quoniam nihil omnino* VIRIDIVS *comparatum illis* VIRET. Tum paucis interiectis: *Scalpentibus* GEMMAS *non alia gratior oculorum refectio est: ita* VIRIDI *lenitate laßitudinem mulcent.* Hinc Pau-
Carm.15. linus Nolanus, vbi agit de spe resurrectionis, germen ex putri semine, symbolum Spei constituit:

*Cernite nulla suis emergere* SEMINA *campis,*
*Ni priùs intereant labe soluta putri.*

Tum inferiùs de terrâ:

*Vix* COMMISSA SIBI *reddens* SATA, *nec tamen illi*
*Credere deceptus* SPEM SEGETIS *dubito.*

Dixerat autem paulò antè:

*Cuncta resurgendi faciem meditantur in omni*
*Corpore, &* IN TERRIS GERMINA, *& astra polo.*

Ex quibus vides typum Spei perperàm ad LILIA transferri,

Val. Fl. l.6. Argō. *——queis* VITA BREVIS, *totusq́; parumper*
*Floret honos.*

Nec ab illis spes vlla, vllus expectatur fructus, sed fluxa pulchritudo dumtaxat placet.

NON HASTARVM SPICVLA.

Lib.2. de Rebus Iustini Imp. Agathias de Francorum hastis, quas Angones vocabant: *Hæ pleráq; sui parte ferro sunt obductæ,*

*ctæ, ita vt perparum ligni à laminis ferreis nudum conſpiciatur, atq; adeò vix tota imæ haſtæ cuſpis. Suprà verò ad extremitatem* SPICVLI, *quidam* ADVNCI MVCRONES *vtrimque prominent, ex ipſo* SPICVLO *inſtar* HAMVLORVM *reflexi, & deorſum vergentes.* Renatus Ceriſerius inſignia Regum deriuat ab haſtâ illâ; *cuius* SPICVLVM, ait, *auctores nonnulli impreſſum fuiſſe putant ſcuto militari Regum, quod poſteà propter ſimilitudinem accepimus pro flore Lilij.* Sed auctores ſuos non adduxit Ceriſerius, qui nulli ſunt, haſtamque illam, ſiue frameam, cum franciſcâ, ſeu Francorum ſecuri perperàm confudit. Præfat. ad Tacitũ Francicũ.

FVERVNT APES AVREÆ.

Certum eſt Childericum I. Regem geſtaſſe pro ſymbolis Apes, eiuſque militaris equi inſtructum Apibus perſperſum fuiſſe. Planum eſt etiam, Lilij flores à Merouingis Regibus numquam vſurpatos, neque à Carlouingis, in quorum annulis & ſigillis non apparent. Atque, vt iſta deeſſent, Apes Childerici Regis in lilia fuiſſe commutatas, multa ſuppetunt argumenta. Forma in primis, quia pinguntur à Francis lilia non multùm ab apibus abludentia, vt videre eſt in Antiquis Græcorum nummis Epheſiorum ac Delphorum, quos hîc in ſequẽti paginâ exhibeo.

*Sarda.*









Æ

*Achates.*

Æ










1




2



3



4



Præterea quæcumque liliis tribuunt recentiores Franci, ea bellissimè apibus conueniunt. Produco singillatim omnia.

I. Apes aureæ, gemmatis alulis, in sepulchro Childerici Regis repertæ sunt plus quàm trecentæ, hac illac incerto numero sparsæ; quo eodem modo à Regibus Capetinis lilia postmodum in scuto Regio sunt depicta.

II. Vt Lilia Francica sunt aurea, ita apes Childerici Regis, ex auro puro solidæ, eiusdemque natiui apum coloris, quem Virgilius ita describit: ——*Elucent aliæ, & fulgore coruscant,* Lib. 4. Georg.

ARDENTES AVRO, *& paribus lita corpora guttis:*
*Hæc potior soboles.*

III. Francorum lilia à vulgo existimantur cælestia: Apes à priscis diuinæ habitæ sunt ac cælestes. Aristoteles de vespis & crabronibus: Lib. 3. de Gener. cap. 10. *Nihil habent* DIVINITATIS, *vt habent* APES. Ex sardâ vetere vnam hîc dedi, quæ ore humano solis radiatam effigiem ostendit, cælestemque originem. Virgilius disertè: Lib. citat.

*Esse* APIBVS *partem* DIVINÆ MENTIS, *& haustus*
*Ætherios dixêre.*

Quia nempe, vt suprà ostendi, gignuntur apes Cap. 11. EX BOVE, *qui in Ægypto* NVMINIS VICE *colebatur*, APIM *vocabant:* qui etiam Veterum Franco- Plinius lib. 9. c. 9.

 rum,

rum, & CHILDERICI nostri falsum numen fuit.

IV. In areâ cæruleâ, velut in æthere, pinguntur à Francis Lilia. Apum campus & palæstra Lib. 11. cap. 20. est æther ipse. Plinius: *Exercitationem solemnem habent, spatiatæq; IN APERTO, & IN ALTVM DATÆ, gyris volatu editis, tum demum ad ci-* Lib. citat. *bum redeunt.* Sed Virgilius præclarè multis locis:

1. *Hinc vbi iam emissum caueis ad* SYDERA CÆLI
*Nare per æstatem liquidum suspexeris agmen.*

2. *Erumpunt portis, concurritur* ÆTHERE IN ALTO:
*Fit sonitus, magnum mistæ glomerantur in orbem.*

3. *At cùm incerta volãt,* CÆLOQVE *examina* LVDVNT.

4. *Nec verò è stabulis pluuiâ impendente recedunt*
*Longiùs; aut* CREDVNT CÆLO *aduentãtibus Euris.*

L. 2. c. 38. Sic autem Plinius de Aëre: *Hoc* CÆLVM *appellauêre Maiores, quod alio nomine* AERA, *omne quod inani simile vitalem spiritum fundit.*

Lib. 11. c. 12. 14. V. Mel, succum faui, Apumque opificium, Plinius vocat *Diuinum nectar, sudorem cæli, &* L. 16. c. 8. *quamdam syderum saliuam*; alioque loco, *rores melleos è* CÆLO *cadentes* dixit; quemadmodum & Maro, *Aërij mellis* CÆLESTIA *dona.* Aureum Lib. 11. cap. 15. colorem addit Plinius: *Mel aptissimum existimatur è* THYMO, *coloris* AVREI, *saporis gratissimi.* Apem thymo insidentem ex eleganti achate hîc delineatam exhibui, atque vnà formicam, prouidum

dum & prudens animalculum ad hominum ruborem.

VI. Denique lilium à Recentioribus dictum est *Flos regius*; quippe quod, ait Plinius, *Rosæ nobilitate proximum est: nec ulli florum excelsitas maior.* L. 2. c. 5.
A priscis Apes creditæ sunt Regiæ, & Regum nutritiæ. Virgilius: Lib. 4. Georg.

*—— Naturas* APIBVS, *quas* IVPPITER *ipse*
*Addidit, expediam: pro quâ mercede canoros*
*Curetum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ*
*Dictæo* CÆLI REGEM *pauêre sub antro.*

Fabula est ex Didymo apud Lactantium, aduolasse apes, atque IOVIS pueri os melle complesse; quod illum Regem fore augurio fuit. L. 1. c. 22. Iustinus de Hierone: *Paruulum & humanæ opis indigentem* APES, *congesto circa iacentem* MELLE, *multis diebus aluêre: ob quam rem responso Aruspicum admonitus pater, qui Regnum infanti portendi canebant, puerum recolligit, omniq; studio* AD SPEM MAIESTATIS, *quæ promittebatur, instituit.* Lib. 24. Ad hæc Artemidorus: APES *insidentes capitibus, significant futuros Duces & Imperatores.* In Onirocrit. L. 2. c. 22. Capitolinus de Antonino Pio Proconsule, nondum Imperatore: *Eius statuas in omni Hetruriâ examen Apum repleuit.* In Antonino Pio. Sed & post funera quoque diuinos honores ab Apibus portendi Veteres credidêre.

dêre. Onesilo contigit Diuinitas, eique sacrificia quotannis sunt instituta, *propterea quòd in eius defuncti caput* APES *mel congessissent.*

Herodianus lib. 5.

In Histor. Wambæ.

Iulianus, Toleti Episcopus, de Wambâ Rege Hispaniæ: REGIO *iam* CVLTV *conspicuus ante altare diuinum consistens, ex more fidem populis tradidit: deinde curuatis genibus* OLEVM BENEDICTIONIS *per sacri Quirici Pontificis manus vertici eius refunditur, & benedictionis copia exhibetur; vbi statim* SIGNVM *hoc* SALVTIS *enituit: namque mox è* VERTICE *ipso, vti oleum ipsum perfusum fuerat, euaporatio quædam fumo similis in modum columnæ sese erexit, & ex capite ipso* APIS *visa est prosiliisse, & aëris alta petiisse, quæ vtique* SIGNVM *fuit secuturæ* FELICITATIS. Rodericus Toletanus: *Visa est* APIS *de eius capite prosiliisse, &* AD CÆLOS *continuò euolasse: & qui diligentiùs cogitabant, intelligebant per eum* GOTHORVM REGNVM *feliciter* EXALTANDVM, *&* IN PACIS DVLCEDINE *gubernandum.*

L. 3. c. 1.

Ex quibus omnibus palàm fit, Apes existimatas olim cælestes, atque Regias; vt eas in Childerici Regis symbolo multiplices, Regiam indicasse maiestatem nemo negare possit; quarum Regibus *in fronte macula, quodam* DIADEMATE *candicans;* quod Seneca Tragicus vocat *Regiæ frontis notam.*

Plinius l. 11. c. 15

In Thieste.

Cete-

Ceterùm quâ ratione, longoque ſæculorum interuallo facta ſit Apum Francicarum in Lilia commutatio, placet inquirere: & ad id Lectorem meum iuuabunt ſcutula quatuor, quæ doctrinæ gratiâ nummis ſubieci. Primum refert aureas Apes, velut ab æthere deciduas, Symbola Childerici I. Regis Ethnici, & filij eius Clodouei, priuſquam Chriſtianis ſacris initiaretur, hoc eſt ab anno CD.LXXXI. vſque ad CD.XCVI. quo tinctus 481. 496.
vndis Baptiſmi piacularibus. Anile commentum eſt, eum tunc, abiectis Bufonibus, Lilia pro Symbolo vſurpaſſe, quæ neque memorant antiqui Scriptores, neque vlla Regis monumenta ſubminiſtrant. Vero propius eſt, ne veriſſimum dicam, alio non vſum eſſe Symbolo Clodoueum Regem Chriſtianum, quàm ſigno Crucis Chriſti, diuino illo charactere ſalutis, quo Chriſtiani Reges à Gentilibus diſtingui amabant. D. Auguſtinus de In Pſal. 38.
iis, qui Francos iſtos præceſſerunt: *Crediderunt & ipſi* REGES: SIGNVM CRVCIS CHRISTI *in fronte iam portant, pretioſius* SIGNVM, *quàm qualibet gemma diadematis.* Gregorius Turonenſis de Clo- L.2.c.31.
doueo Rege: *Baptizatus eſt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, delibatuſq; ſacro Cryſmate cum* SIGNACVLO CRVCIS CHRISTI: eiuſque Symbolo abegerit illicò Clodoueus Chriſtianus

Lib.2. de Vitâ SS. PP. c 5. Ethnicas apes, vt apud eumdem Turonenſem B. Friardus, *Facto ſigno Crucis*, VESPAS *exaſperatas compeſcuit, quæ intra antrum ſuum, vnde egreſſæ fuerant, ſe confeſtim abdiderunt.* Nam & Clotharium I. Clodouei filium, non aliam habuiſſe teſſeram conſtat, quàm ſignum Crucis Chriſti, quod Vindiciar. Hiſpanic. cap. 15. expreſſit in aureo numulo, quem ex Petauio aliàs edidimus. Reges quoque ſecundæ Francorum ſtirpis alio Symbolo vſi non ſunt in monumentis & ſigillis, quàm illâ cæleſti armaturâ militis Chriſtiani.

Quod verò attinet ad tertiam Regum ſtirpem, In Originib. affirmat Fauchetus, *Se liliorum nullas obſeruaſſe certas notas ante Regem Ludouicum Groſſum; quo regnante, vel paulò antè, inſignia, quæ* ARMA *vocant, cœperunt in familijs eſſe hereditaria.* Ludouicus Groſſus Regni habenis moderandis primùm An. 1108. admotus anno M.C.VIII. Cruciata verò in Terram ſanctam expeditio, è quâ Familiarum Inſignia 1096. deriuant, ſuſcepta anno M. XCVI. tuncque, quantum exiſtimo, vt Regiæ genti Inſignia bellica darent indocti fæciales, Apes rudi manu, & forſan ex aliquo exeſo lapide deſumptas Regibus obtulerunt Bufonum imagine. Fauchetus iam laudatus diſertè: *Lilia antiquiora* (rectiùs dixiſſet, barbaro ſæculo expreſſas apes) *inueniuntur ſic efformata,*

*vt*

*vt aliquid habeant ex fœdo illo animali, quod Botam vocant, hoc eſt bufonem.* Figuram Fauchetus adfert, quâ ſcutulum noſtrum ſecundo loco habes impreſſum.

Tandem Philippus Auguſtus Rex, Ludouici Groſſi ex Iuniore nepos, qui Hieroſolymitanum iter arripuit anno M. C. XC. lilia pro typo ſcutario primus vſurpauit, vt in tertio ſcutulo expreſſa ſunt. Ille apibus antiquiorum Regum diutiſſimè extorribus flores ſubſtituit, apum cibos atque pabula. Virgilius diſertè: An. 1190. Lib 4. Geor.

*Illæ continuò ſaltus ſyluaſq; pererrant,*
*Purpureoſq; metunt flores.*

Alio item loco: 6. Æneid.

*Ac velut in pratis, vbi* APES *æſtate ſerenâ*
*Floribus inſidunt varijs, & candida circum*
*Lilia funduntur.*

Flores, quia caduci, ſymbola mortalitatis habita ſunt: vnde in re funebri florum frequens vſus, quem viri docti exemplis iam illuſtrarunt. Plinius eleganter: *Natura* FLORES *odoreſq;* IN DIEM GIGNIT; *magnâ (vt palàm eſt) admonitione hominum, quæ ſpectatiſſimè floreant, celerrimè ſeneſcere.* L. 21. c. 1.

*Nec ſemper* VIOLÆ, *nec ſemper* LILIA *florent:* Ouid. lib. 3. de Arte.
*Et riget* AMISSA *ſpina relicta* ROSA.

In ſummâ, flores omnes breuî pereunt, ſi paucos

Plin.lib. 21. c.8.& 25. demas, atque inter illos AMARANTHVM & HELIOCHRYSVM, *qui numquam marcescunt; quâ de causâ* DEOS CORONANT *isto: quod diligentißimè seruauit Ptolemæus Rex Ægypti.* Caducos inter flores, aut inter odores pretiosos, Lamprid. in Heliogabalo. semper sedebat Heliogabalus, homo impurissimus, & monstrum veriùs, quàm Imperator; qui & strauit triclinia de rosâ, & lectos, & porticus, & omni FLORVM genere, LILIIS, violis, hyacinthis & narcissis. Mortuus est Philippus An.1223. Augustus Rex anno M. CC. XXIII. Recens adeò est Liliorum Francicorum decus; quæ posteà ad numerum ternarium reducta regnante Carolo VI. Rege, qui diem obiit anno M. CD. XXII. An. 1422.

Superest notatu dignum, quod tradit Ioannes Tilletus, nempe, *Philippum Pulchrum Re-* C.De Francor. Insignibus, anno 1300. *gem mense Martio anni* M. CCC. *dedisse Adamo de Villamondâ Feudum quoddam Antuerpiæ* (subalternum esse debuit) *eâ conditione, vt mutatione Domini interueniente, debitum exsolueret duorum Ephippij arculorum, quorum alter* ARMA FRANCIÆ *præferret, alter* CLODOVEI *Regis.* Ad illud quod dicam non habeo, nisi quod Pulchri Regis æuo inualuerat apud vulgus fabula de Clodouei busonibus in Lilia mutatis, quam induxerant antiquorum monumentorum

minùs

minùs periti ſpectatores, ignoratis Apum Francicarum Regis Childerici vetuſtiſſimis myſteriis.

*Multa renaſcentur, quæ iam cecidêre, cadentq;* Horat. de ArtePoët. & lib. 2. Carm. Ode 2.
*Quæ nunc ſunt in honore:*
*Non ſemper idem* FLORIBVS *eſt honos.*


## CAPVT XIII.

*Graphiarium aureum* CHILDERICI *Regis. Scitu digna de Grafionibus. Eiuſdem Regis Pugillares auro gemmiſq; ornati.*

GRaphium ſtylus erat ferreus, quo veteres in ceratis tabulis ſcribere ſolebant. Iſidorus: L.6.c.9. *Græci & Tuſci primùm* FERRO *in* CERIS *ſcripſerunt*. Graphiarium verò, theca eiuſdem ſtyli. Martialis: Lib. 14. Epiſt. 21.

*Hæc tibi erunt* ARMATA *ſuo* GRAPHIARIA FERRO;
*Si puero dones, non leue munus erit.*

Ferreum Childerici Regis Graphium in aureâ thecâ magnâ ex parte computruerat, cuius loco per peritum artificem nouum aptari feci, vt armatum ſuo ferro Graphiarium aureum hîc repræſentarem; doceremque, non ceris exarandis dumtaxat graphium vſui fuiſſe, ſed cruentis etiam cædibus adhibitum, nequidquam reclamante præſide litterarum Mineruâ.


Graphiarium Regis aureum,
apertum.
armatum.
clausum.

Ita *Antyllus*, teste Plutarcho, *magnis confossus est* GRAPHIIS, *quæ eum in finem comparasse sibi dicebantur*. Suetonius in Iulio: *Caßij brachium arreptum* GRAPHIO *Cæsar traiecit*. Idem in Caio: *Cùm discerpi Senatorem concupisset, subornauit qui ingrederentur Curiam, repentè hostem publicum appellantes inuaderent*, GRAPHIISQVE *confossum, lacerandum cæteris traderent*. Seneca de Clementiâ: *Erixonem Equitem Romanum, memoriâ nostrâ, quia filium suum flagellis occiderat, populus in foro* GRAPHIIS *occidit*. Prudentius de Cassiano Martyre Ludimagistro:

In Gracchis.

Cap.82.

Cap.28.

L.1.c.14.

Peristeph. Hym.10.

*Innumeri circùm* PVERI, *miserabile visu,*
*Confossa* PARVIS *membra figebant* STYLIS;
*Vnde* PVGILLARES *soliti percurrere* CERAS,
*Scholare murmur annotantes scripserant.*
*Inde alij stimulos, &* ACVMINA FERREA *vibrant,*
*Quâ parte aratis* CERA *sulcis scribitur:*
*Et quâ secti* APICES *abolentur, & æquoris hirti*
*Rursus nitescens aboletur area.*

Surius de Martyre eodem ex antiquo Scriptore: *In faciem, & ad caput magistri* TABVLÆ, & BVXA CERATA *frangũtur, & præacutis* STYLIS *Confeßor Christi nunc fœdatur, nunc cœcatur*. Tũ post nonnulla: *Sic magistri sui vulneribus illudebant: Tu* ARMASTI *manus nostras, &* FERRVM HOC, *quod gerimus, tu donasti*.

13.Aug.

Gra-

Graphiarium Childerici Regis, in eius conditorio repertum, ex auro obryzo totum eſt, nulliſque collucet gemmis, vt reliqua Regis ornamenta, ſed Cruciculis in parte planâ, partim pedatis partim rectangulis, eſt inſculptum. Quid hoc rei? Cùm hæſiſſem aliquamdiu altâ cogitatione defixus & mirabundus, occurrit animo, S. Genouefæ, virginis & Patronæ Pariſienſis, munus fuiſſe, Childerico Regi Ethnico oblatum, vt illum frequenti Crucis inſpectione à Gentili ſuperſtitione ſenſim reuocare tentaret. Ioannes
3. Ianuar. Bollandus binas eius in Actis Sanctorum Vitas edidit, è quibus noui huius & ſacri Theſauri noua promo argumenta, tam lectu iucunda, quàm Sacra profanis, Chriſtiana Gentilibus præſtant.

Principiò igitur piis in Crucem Dominicam affectibus imbuit Genouefam S. Germanus, Epiſcopus Autiſſiodorenſis, de quo Vita virgi-
C. 1. n. 4. nis ordine prima apud Bollandum: *S. Germanus* NVMMVM ÆREVM, *Dei nutu allatum*, *habentem* SIGNVM CRVCIS, *tellure colligens, pro magno munere dedit, inquiens ad eam: Hunc* TRANSFORATVM, *pro memoriâ mei*, *à collo ſuſpenſum ſemper habeto; nulliuſq; metalli, neque auri, neque argenti, ſeu cuiuſlibet margaritæ ornamento collum ſaltem digitoſq; tuos onerari patiaris. Nam ſi*

*ſæculi*

*sæculi huius vel exiguus decor tuam superauerit mentem, etiam æternis & cælestibus carebis ornamentis.* Vita posterior: *Cùm S. Germanus valdè in puellâ & Dei donum, & perfectæ fidei iam miraretur exordia, in terram fortè oculis tam admirabili stupore defixis*, NVMMVM *solo* ÆREVM *iacere prospexit*, CRVCIS SIGNACVLO *titulatum; hunc beatus Pontifex à telluris puluere subleuatum, puellæ, quasi quoddam pignus religiosi muneris, dereliquit, atque vt* PERFORATVS *collo eius inhæreret indixit, & vt nullis posthac metalli aut margaritarum monilibus ornaretur admonuit; vt sæculi ornamenta despiciens, veri nitoris & candoris cælestis gratiæ pulchritudine non careret.*

Alterum sententiæ nostræ stabiliendæ argumentum esse potest, Genouefam exinde singulari amore & fiduciâ in Crucem multa edidisse miracula. Vita prior apud Bollandum, de eius matre luminibus orbatâ: *Mater eius extendens manum ad cælum, cum fide & veneratione aquam à filiâ suâ allatam, insuper ipsâ suspirante, ab eâ* CRVCIS VIRTVTE *signatam accepit, de quâ fomentans sibi oculos, paululùm cernere cœpit: cumq́ hoc bis térve fecisset, lumen amissum integrè recepit.* C.2.n.5.
Vita posterior: *Mater verò extensis ad cælum manibus, aquam à filiâ, quam deferebat, accepit,* C.2.n.5.

*& vt collatæ aquæ à filiâ* CRVCIS SIGNVM *superponeretur expetijt; de quâ fomentans sibimet oculos, recepisse se paululùm sensit aspectum: cumq; hoc bis terq; fecisset, eam ad puritatem luminis derogati, acceptâ in integrum sanitate, manifestum est peruenisse.*

Cap.7. n.32. Vita prior: *In Meldorum vrbe occurrit ei homo cubito tenus cum brachio manum aridam habens, obsecrans sanitatem sibi per eam restitui. Adprehensam ergo manum illius aridam, ac compagem digitorum, brachiumq; contractum* VEXILLO CRVCIS *muniens, in semihorâ manus eius restituta est.*

n.35. Paralyticam mulierem in Arciaco oppido, *roboratam* SIGNACVLO CRVCIS, *de lectulo*
n.36.37. *surgere iussit.* In vrbe Tricassinâ multos ægros, & duos cæcos *sanauit* SIGNO CRVCIS. In Turo-
n.44. nicâ *plures energumenos* SIGNACVLO CRVCIS *emundauit.*

His addo, Regi Childerico magnâ in veneratione Genouefam fuisse, quæ ab illo idemtidem morte damnatis vitæ gratiam impetrarit. Prior
Cap.6. n.25. vita apud Bollandum: *Cùm esset insignis* HILDERICVS *Francorum Rex, venerationem, quâ eam dilexit, effari nequeo; adeò vt vice quadam, ne vinctos, quos interimere cogitabat,* GENOVEFA *abriperet, egrediens vrbem Parisiorum, portam*

*claudi*

*claudi præcepit. At vbi ad* GENOVEFAM *per fidum internuntium Regis deliberatio peruenit, confestim ad liberandas animas properans, iter direxit. Non minimum admirantis populi fuit spectaculum, quemadmodum se porta ciuitatis inter manus eius sine claue reserauit: sicq; Regem consecuta, ne vinctorum capita amputarentur, obtinuit.*

Vita posterior: HILDERICVS, *Rex Francorum, cùm non fuerit Christianus, grandi eam veneratione suspexit. Nam quadam vice, cùm aliquos capitaliter reos pertinaciter decreuisset occidere, ne S.* GENOVEFÆ *precibus possent liberari, exiens de ciuitate, iussit portas ciuitatis clauibus obserari. At vbi* GENOVEFÆ *nuntiatum est, quòd Rex ad eos occidendos foras fuisset egressus, protinus vt pro eis Regem precaretur, festina perrexit. Aduenienti ergo, portæ, quæ diligenter fuerant obseratæ, statim ei sunt, stupefactis custodibus, quasi quodam iubentis imperio, vel obtemperantis obsequio, reseratæ. Sic ad Regem perueniens, ne vincti capitibus truncarentur obtinuit; & iam iamq; perituri ab imminentis mortis periculo sunt liberati.* C.2.n.5.

Illa eadem actorum Genouefæ verba adfert Baronius, iisque subiungit: *Hæc ibi de rebus inter S.* GENOVEFAM *&* CHILDERICVM *Regem transactis; cùm multa alia hæc oportuit præcessisse,* An.456. n.6. & 7.

*quibus tantam sibi apud Regem à Religione Christianâ alienum, naturâ ferum, fiduciam comparasset. Vides quidem, & puto admiraris, Lector, barbarum Regem,* IDOLORVM CVLTOREM, *hostem Romani nominis,* INVASOREM GALLIARVM, *eumdemq́ue (quod Gregorius ait) & moribus impudicum,* TANTO HONORE *prosecutum esse* VIRGINEM CHRISTIANAM, *vt exemptum, & iam ad ictum sublimem elatum gladium, veluti vetante Numine, eius rogatu cohibuerit, & incruentum vaginæ reddiderit.*

Cùm igitur habeamus in comperto, Genouefæ virgini Parisiensi, sanctæ & Christianæ, ad Gentilem Francorum Regem Childericum patuisse aditum, ipsamque fide eximiâ & pietate singulari Crucis signum suspexisse, cuius vim è miris, quæ euenerant, collegerat; credere licet, & verò lubet, Childericum Regem hoc Graphiario aureo ab illâ donatum; quippe quod formam Crucis referat, & variis Cruciculis insigniatur, quasi hoc velut indicio Christianæ Religionis præstantiam denotaret, inspiraret amorem. Nec dubitem alio quàm hoc consilio, misisse vtriusque Romæ Christianos Imperatores ad Childericum Regem Numismata aurea, quæ victoriis Cruces gestantibus decorantur, quæque in eius conditorio cum hoc Graphiario aureo reperta

perta ſunt. Nec etiam fruſtrà quis exiſtimet, delectatum hiſce Crucibus Childericum, cùm mos ferat delicias Principum ſequi Principes, & amata cimelia claudi ſepulchris, ne à morte diſiungantur. Claudo etiam argumenta iam allata hiſce verbis, quæ ex Vitâ S. Genouefæ adfero, vt familiaritatem ipſius, acceſſumque ad Francos Reges confirmem: CHLODOVEVS *Rex* (Childerici noſtri filius) *crebrò pro dilectione ſanctæ Virginis in ergaſtulum retruſis indulgentiam tribuit, & pro criminum animaduerſione ſæpè etiam culpabiles, incolumes* GENOVEFA *ſupplicante dimiſit. Quin etiam* HONORIS EIVS GRATIA *baſilicam ædificare cœperat, quam poſt diſceſſum eius, ſtudio præcellentiſſimæ* CROTHILDIS *Reginæ ſuæ, celſum extulit ædificatæ faſtigium.* Cap. 9. n. 55.

A Graphio, & Graphiario Regis Childerici, non importunè tranſiero ad vtriuſque gerulos Grafiones. Conſtantinus Magnus Imperator Aulæ ſuæ interioris COMITES, *alios in primo ordine collocauit, alios in ſecundo, alios in tertio. Nam vt plurimos honore afficeret, diuerſos dignitatum gradus excogitauerat.* Comites primi ordinis in claſſe Illuſtrium erant conſtituti, atque intra cubiculum, in ipſo cubili, in epulis, in conſiliis ſecretioribus aderant Imperatori. Euſebius in eius Vitâ l. 4. cap. 1.

Germanis Belgiſque antiquis Comites dicti ſunt Grave/& Imperij iam cadentis minùs accu-

Lib. 1. p. 713. ratâ Latinitate *Grauiones*, ſeu *Grafiones*. Doubletus in Antiquitatibus S. Dionyſij duo adfert Caroli Magni diplomata, quorum prius ita incipit: *Carolus, Dei gratiâ Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus,* GRAFIONIBVS, *Gaſtaldis, vel omnibus noſtris fidelibus, atq; miſsis.* Alterum

P. 725. verò, hoc modo: *Omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus,* COMITIBVS, *cæteriſq; Optimatibus ſuis, ſalutis augmentum.* Vt clarum ſit, Comitum & Grafionum vnam eamdemque fuiſſe dignitatem. De voce Grafionis Godefridus

In Gloſſ. Salic. Wendelinus noſter: *Etymon*, inquit, *deſcendit à* γράφω, *ſcribo; poſtquam enim ſedes Imperij tralata eſt Conſtantinopolim, atq; ex aulâ illâ Græcâ cœperunt in has oras mitti poteſtates, multa in linguam noſtram irrepſerunt vocabula Græca.* Aliter Oliua-

De Comitib. cap. 13. rius Vredius ὁ μακαρίτης: *Exiſtimo nomen ortum non à Græco* γράφειν, *id eſt ſcribere, ſed à vernaculo* graven/ *quod olim Francis & Flandris fuit ſcribere, ſculpere, cœlare.*

Ego verò Comites primæ nobilitatis viros à ſolâ ſcriptione Grafiones dictos minimè aſſentior, qui de Feudis inueſtiebantur per *vexillum*

aut

aut *gladium*, ipſiſque Regibus formidabiles erant. Capitolinus de L. Aurelio Vero Imperatore: *Confecto bello, Regna Regibus, Prouincias verò* COMITIBVS SVIS *regendas dedit.* Tacitus de Germanis Francorum progenitoribus: *Eliguntur in ijſdem Comitijs &* PRINCIPES, *qui iura per pagos vicoſq́ reddant.* Hoc eſt, qui gladij ius exerceant. Tum quibuſdam interiectis: *Magnaq́ &* COMITVM *æmulatio, quibus primus apud Principem ſuum locus; & Principum, cui plurimi &* ACERRIMI COMITES: *Hæc dignitas, hæ vires.* Qui *Comites* Tacito, in Legibus Salicis paſſim obuij ſunt *Grauionum* appellatione. Lib. de Mor. Germ.

Quare Grafiones planè dictos exiſtimo ab aureo Regis Graphiario, quod in eorum erat poteſtate & cuſtodiâ; atq; à Graphio, quo Rex arcana præcipua annotabat in ceris. Nulla enim videtur maior aut potior ratio, cur Reges habuerint nobiles viros cuſtodes aurei annuli, quo, ſi Regia diplomata muniri, Graphiario certè ſecreta eiuſdem in pugillaribus exarari mos fuit; immò annulus aureus digitum dumtaxat exornabat, Graphiarium aureum ſacram Regis implebat manum. Quocircà Magnates interioris aulæ, Prouinciarum & Pagorum rectores à Rege conſtituti, meo iudicio, vetera dignitatum nomina retinebant,

nebant, Comitum nempè, à Regis Comitiuâ; & Grafionum à Graphij Regalis custodiâ, dum Regi in eius cubiculo obsequia præstarent.

Superest, vt de Pugillaribus dicamus: *Tabellis*, In Schedis. inquit Festus, *pro chartis vtebantur Antiqui, quibus vltrò citroq́; siue priuatim, siue publicè opus erat, certiores absentes faciebant.* Et quia tabellæ illæ duabus tantùm paginis constabant, *Dipticha* dicebantur; atque etiam *Pugillares*, quòd pugno facilè continerentur. Materia vulgaris erat Buxus, pretiosior Lib. 14. Epig. 3. Citrum, Ebur. Pugillares citrei apud Martialem:

*Secta nisi in* TENVES *essemus ligna* TABELLAS,
*Essemus Lybici nobile dentis onus.*

Lib. 3. Claudianus Stiliconis Consulis Pugillares indicat fuisse ex elephanti dentibus:

*Qui secti ferro in tabulas,* AVRO QVE *micantes*
*Inscripti rutilum cœlato Consule nomen,*
*Per Proceres & vulgus eunt.*

Lib. 1. Ep. 6. Vsus erat scribere, mutare, delere, notare. Plinius Iunior: *Erant in proximo non venabulum, aut lancea, sed* STYLVS *&* PVGILLARES *: meditabar aliquid, enotabamq́; , vt si manus vacuas,* PLE- Lib. 9. Metam. NAS *tamen* CERAS *referrem.* Ouidius in Fabulâ Biblidis:

*Et meditata manu componit verba trementi:*
*Dextra tenet* FERRVM, *vacuā tenet altera* CERAM:

*Incipit*


*Incipit, & dubitat, ſcribit, damnatq;* TABELLAS:
*Et notat, & delet, mutat, culpatq; probatq;*
*Inq; vicem ſumptas ponit, poſitaſq; reſumit.*
*Quid velit ignorat: quidquid factura videtur*
*Diſplicet: in vultu eſt audacia miſta pudori.*
*Scripta ſoror fuerat; viſum eſt delere ſororem,*
*Verbaq;* CORREPTIS *incidere talia* CERIS.

Reges Francorum primæ ſtirpis ceratis vſos Pugillaribus colligitur ex Fredegario, vbi de Brunechilde Reginâ: INDICVLVM *direxit, vt Alboënus cum ceteris VVarnacharium interficeret, eò quòd ſe in Regnum Clotharij vellet transferre. Quem* INDICVLVM *relectum, Alboënus diſruptum proiecit in terram. Inuentus à puero VVarnacharij ſuper* TABVLA CERA LINITA, *denuò ſolidatur. Quo* INDICVLO *relecto, VVarnacharius cernens ſe vitæ periculum habere, deinceps cogitare cœpit, quo pacto filij Theuderici opprimerentur.* Indiculum explico, Mandatum per Epiſtolam in ceratis tabulis ſcriptam: ſic enim Guntranus Rex Palladium Epiſcopum Santonicum increpat apud Gregorium Turonenſem: *Tertiò mihi (quod de Epiſcopo dici iniquum eſt) peieraſti, mittens* INDICVLOS *doloſitate plenos: à me excuſabaris per* EPISTOLAS, *& germanum meum cum* SCRIPTIS ALIIS *inuitabas.*

In Chrō. Childebrand. cap. 40.

L. 8. c. 2.

Bb De


Pugillares Regis vt
auro fixi erant.

De Pugillaribus Childerici Regis tot sæculorum iniuriâ periit ebur: reperti tantùm cum Graphiario Regio bacilli duo aurei, quadrati, & pyropis distincti, qui diptychon exornabant, fixi clauiculis aureis adhuc extantibus, qui eburneæ tabellæ crassitudinem ostendunt. Morem figendi clauis aureis eiusmodi tabellas indicat Propertius, vbi de Buxeis suis, quas amiserat: Lib. 3. Eleg. 22.

*Non illis* FIXVM *charas effecerat* AVRVM,
*Vulgari* BVXO *sordida* CERA *fuit.*

Et Principum Pugillares auro fuisse ornatos clarissimè Symmachus docet: *Domino & Principi nostro ad referendam largitati eius sedulam magis, quàm parem gratiam,* AVRO *circumdatum* DIPTYCHVM *misi.* Lib. 2. Epist. 81.



# CAPVT XIV.

*Arma* CHILDERICI *Regis in eius conditorio reperta, Gladius cum Baltheo, Securis, Framea.*

PAucis præmitto Regum ac Principum virorum, vnà cum ipsis funeribus, arma apud Veteres consumpta,

Virg.l. 11. Æneid. *Coniectas igni* GALEAS, ENSESQVE *decoros,*
*Frænaq; feruentesq; rotas;*

Ælian. lib.7. c.8. vt, cùm Ephæstion diem suum obiisset, *Alexander* INIECTIS *in pyram* ARMIS, *auro & argento, simul ea cum mortuo igni tradidit.* 6.Æneid. Virgilius de funere Miseni:

*Ingentem struxêre pyram, cui frondibus atris*
*Intexunt latera, & ferales ante cupressos*
*Constituunt, decorantq; super* FVLGENTIBVS ARMIS.

Lib. 5. Thebaid. Statius:

*Molior igne pyram, sceptrũ super,* ARMAQVE *Patris*
*Inijcio, & notas* REGVM GESTAMINE *vestes.*

Tacitus denique de Germanis nostris: *Sua cuiq;* ARMA *igni inijciuntur.*

Iam Regum tumulis, quod nostri est instituti, arma etiam cum cadaueribus illata fuisse, docet Curtius, vbi refert in sepulchro Cyri, iussu Alexan-

Alexandri Magni aperto, *inuentum* CLYPEVM *eius putrem*, ARCVS *duos Scythicos*, *&* ACINACEM. Itemque Thucydides, cùm ait, *agnitos Lares genere* ARMORVM, *cum quibus sepulti erant*; & alio loco, *Amphipolitas Brasidam cum* ARMIS *publicè sepelijsse*. Rudolphus Abbas S. Trudonis, de inuentione corporis S. Gereonis militis & Martyris Coloniæ Agrippinæ, in Cœnobio S. Pantaleonis: BALTHEVS *eius militaris de* NIGRO CORIO *inuentus & repositus est, penè vnius vlnæ longitudinis, adhuc integras habens partes. A sinistro latere, iuxta latus eius & Baltheum, inuentus est* NODVS FERREVS *ad modum oui, rubigine penè consumptus, quem* CAPVLVM GLADII *fuisse credimus: sed de* GLADIO *frustum nullum inuenimus. Diligentiùs tamen posteà quidam attendentes,* PARTICVLAS FERRI *mihi protestati sunt se inuenisse.*

Lib. 10. Lib. 1. Lib. 5. Surius 24. Nou.

In Cryptâ Ecclesiæ Cathedralis S. Stephani Viennæ, Principum Austriacorum sepulchro familiari, Albertus, cognominatus *cum Tricâ*, conditus est ad parietem sinistri lateris, adposito gladio, in cuius nodo Austriaca Insignia argento sunt insculpta; in ipsâ verò lamellâ ensis, Habsburgica. Ossa item & cineres Alberti Patientis & Rudolphi fundatoris ad sinistram sunt

 collo-

collocati cum gladio, è cuius nodo Insignia exciderunt.

De Armis ad Sepulchra & Cœnotaphia Virgilius in funere Miseni: Lib. 6. Æneid.

*At pius Æneas ingenti mole sepulchrum*
*Imposuit*, SVAQVE ARMA *viro*, *remumq́; tubamq́;*.

Et inferiùs de Cœnotaphio, quod Æneas dicit se posuisse Deiphobo:

*Tunc egomet* TVMVLVM *Rhæteo in littore* INANEM
*Constitui*, *& magnâ Manes ter voce vocaui.*
*Nomen &* ARMA *locum seruant.*

11. Æn. Apud Seruium inuenio, *in antiquis disciplinis relatum esse*, *quæ quisque* ORNAMENTA *consecutus esset*, *vt ea mortuum eum condecorarent*. Atque hinc bellum cùm esset in ciuitate, *vir fortis*, inquit Seneca, *in acie amissis* ARMIS, *de sepulchro viri fortis* ARMA *sustulit*, *fortiter pugnauit*, *& reposuit*. L. 4. controu. apud Quintil. Decl. 369

Inde mos ad Christianos fluxit, vt ad Sepulchra & Cœnotaphia Regum ac Principum ARMARIVM HONORIS proximo parieti vel columnæ appenderetur. Tabula est quadrata, marginibus & fastigio insignis: in medio appensum SAGVM militare, CORONA in summo; hinc

inde

inde GLADIVS & SCEPTRVM; in angulis SCVTA gentilitia paterna, materna. Viris nobilibus Equeſtri dignitate cohoneſtatis apponuntur GALEA, ENSIS, CHIROTHECÆ, & aurata CALCARIA; quæ vt rectè atque ordine ſuſpendantur, ad munus Heraldicum ſpectat. Eiuſmodi ornamenta Illuſtrium vulgò vocant PIECES D'HONNEVR, quibus Ædes ſacræ Belgij noſtri abundè inſtructæ, atque ornatæ.

## GLADIVS REGIS.

De Armis Childerici Regis, quæ non periêre in totum, fuit gladius Regalis ( nam illi

——STELLATVS *iaſpide multâ* Virg. l. 4. Æneid.
*Enſis erat)*

cum eo ſepultus, longus pedes duos ſeſqui præter propter, cui ad ſecandum dumtaxat ſubtilis erat acies, non acuminata in cuſpidem, quâ punctim feriret. Lamella chalybea fruſtulatim tota diſſiluit, vt apud Lucanum, Lib. 1.

——*Scabri nigræ morſu rubiginis enſes:*

nec ſuperfuit quidquam, præter aurum & gemmas, quæ vaginam & capulum exornabant; ſed & bracteæ ex auro poſtmodum inuentæ, quæ manubrium gladij operiebant, eiuſdemque manubrij pars ima, binis ob-

tecta

tecta arculis, operis item aurei gemmatique. Pendet omne gladij quod superest aurum, vncias vndecim cum duabus drachmis. Gemmæ absque numero fulgoris vibrante vehementiâ feriunt oculos. Carolus Magnus GEMMATO ENSE *vtebatur*; *quod tamen non nisi in præcipuis festiuitatibus, vel si quando exterarum Gentium Legati venissent, faciebat*. Ludouicus Pius incedebat *baltheo præcinctus*, *&* ENSE AVRO *fulgente*. Gladium eâ formâ, quâ Childericianus est, Pollux vocat *gladium Persicum*, *&* *Acinacem*. Et Moschopulus: ACINACIS *est* GLADIVS BARBARICVS, *qui ob breuitatem facilè manibus tractari potest*. Incuruum Acinacem non fuisse ostendit Iosephus, vbi latronum sicas cum Acinace Persarum confert: *Quales suas sicas Romani nominant, vnde latronibus ipsis cognomen, multorum cæde infamibus* GLADIOLIS *vtuntur*, *magnitudine* PERSICOS ACINACES *referentibus*, *sed incuruis*. Tacitus de Germanis: *Omnium harum Gentium insigne, rotunda scuta*, BREVES GLADII, *& erga Reges obsequium*. Polybius: *Gallorum* GLADII *ad cæsim dumtaxat feriendum vtiles*. Vnde Rorico, vbi ait de Childerici nostri gestis, Paulum Comitem Andegauensem, *Regis* MVCRONE *obtruncatum esse*; non tam pro cuspide

&

Eginarthus in Vitâ Caroli Magni.
Thegamus c. 19.
L. 1. c. 10.
Lib. 20.
Lib. 3.
Lib. 1.

& acumine gladij, *Mucronem* videtur vſurpaſſe, quàm pro Enſe toto; vti Ouidius: Lib. 1. Metam.

*—— Jugulum* MVCRONE *reſoluit.*

Et Ammianus Marcellinus de Vitrodoro & Agilimundo, Quadorum Regulis: *Sobolem ſuam obſidatus pignore, vt obſecuturi tradiderunt,* EDVCTISQVE MVCRONIBVS, *quos* PRO NVMINIBVS *colunt, iurauere ſe permanſuros in fide.* Lib. 17.

Iam verò ſolemne etiam Principibus olim erat, in pilâ capulari cœlata quædam geſtare ſigna. Sic apud Valerium Flaccum Hypſipele Iaſonem donans paterno enſe; L. 2. Argonaut.

*Tunc enſem*, NOTVMQVE *ferens* INSIGNE *Thoantis,*
*Accipe, ait, bellis, mediaq́ vt puluere pugnæ*
*Sit comes.*

Ouidius de Theſeo, qui redux à diuturnâ peregrinatione agnitus eſt, Lib. 7. Metam.

*Cùm pater in* CAPVLO GLADII *cognouit eburno*
SIGNA *ſui generis.*

Seneca in Hippolyto: Act. 3. Sc. 2.

*Regale* PARVIS *aſperum* SIGNIS *ebur*
CAPVLO *refulget gentis Actææ decus.*

Statius: Lib. 4 Thebaid.

*—— Theumeſius implet*

*Terga leo, & gemino lucent hastilia ferro,*
*Aspera vulnifico subter latus* ENSE *riget*
SPHINX.


Pila capularis Gladij Childericiani binis vitulis aureis componitur, iisque per armos iunctis, ac sine auribus, vt Apis Francici germanæ proles videantur: quidni & à Rege velut Numina colerentur? D. Hieronymus: *Videtur idcircò mihi populus Israël in solitudine fecisse sibi* CAPVT VITVLI *quod coleret; & Ieroboam, filius Nabot,* VITVLOS AVREOS *fabricatus; vt quod in Ægypto didicerant,* Ἄπιν καὶ μνεῦιν, *qui sub figurâ* BOVM *coluntur, esse deos, hoc in suâ superstitione seruarent.* Hoc idem seruatum à priscâ Francorum gente, iam antè docuimus; quos eadem superstitio tenuit etiam ætate Childerici, priusquam Clodoueo præeunte, melioribus sacris, & Christianæ Religioni initiarentur. Deos ergo coluerit Childericus in ipsâ Gladij pilâ capulari? Sanè quidem; cùm & ob eamdem causam, *Sarmatæ apud Scythas, auctore Hicesio de mysterijs, adorarent* ACINACEM. Lucianus: *Scythæ* ACINACI FACIVNT, *& Thraces Zamolxidis.* Arnobius: *Ridetis, temporibus priscis Persas fluuios coluisse, informem Arabes lapidem,* ACINACEM *Scythiæ natio-*

Ad c. 4. Osee.


Clem. Alexandrin.


Lib. 6.


*Gladius Regis compendio expressus,*



*Ornament*




Capulus.



Vaginæ.
dorsoq; agglutinarj inter pag. 202. et 203.

*nationes.* Pomponius Mela de iiſdem populis: L.2.c.1. *Mars omnium Deus: ei pro ſimulacris* ENSES *& tentoria dedicant, hominesq́ pro victimis feriunt.* Solinus item: *Populis iſtis Deus Mars* Cap.20. *eſt: pro ſimulacris* ENSES *colunt.* Sed Ammianus de Alanis diſertè: *Gladius* BARBARI- Lib.31. CO RITV *humi figitur nudus, eumq́ vt* MARTEM, *Regionum quas circumeunt præſulem, verecundiùs colunt.* Simile quidpiam & capulo gladij Caligulæ Imperatoris forſitan inſculptum erat, qui in Senatum Vrbis irâ commotus dixit: *Veniam, veniam, & hic mecum;* CAPV- Sueton. LVM GLADII *crebrò verberans, quo cinctus erat.* cap.48. Ecce tibi totum Childerici Regis, eumque inſtructum


——GEMMIS *fulgentibus enſem;* Flacc.l.5. Argon.

quâ formâ plurimos videre eſt in columnâ Traiani, nunc militum lateribus accinctos, nunc ad Trophæa appenſos.

*Ex columna Trajani.*



*Extremus Balthei ornatus.*



Ternos hîc exhibeo æri incisos: postremi duo sunt veteranorum ad castra excubantium; primus est in Trophæo de Dacis, *quod habet*, inquit Tab.12. n.97.
Alfonsus Ciaconus, *gladium capulo aureo, vel* Tab.70. n.230.
*eburneo, intra vaginam reconditum, auro gemmisq; ornatam; acinaces plumbatas, & falces militares.* Additque statim: *Quòd totidem fortaßis signa exercitus Dacici, & Regis Decebali in potestatem Cæsaris venerint.*

## BALTHEVS REGIS.

Gladius Childerici Regis pendebat è Baltheo, cuius extremum ornatum etiam dedimus aureum, gemmis item præfulgentem, ac planè Regium. Virgilius de Turni ornatu militari: 12.Æn.

——*Humero cùm apparuit alto*

BALTHEVS, *& notis fulserunt* CINGVLA BVLLIS.

Sed ita fuerunt exturbata omnia inter operas tumultuarias, vt Bullæ eiusmodi magnâ ex parte direptæ perierint; quarum frequentiam insinuant Scriptorum plerique omnes variis locis, adscriptâ numeris sententiâ, solutâque. Claudianus in Panegyrico Stiliconis:

*Quin & Sydonias chlamydes, &* CINGVLA BVLLIS
*Aspera, gemmatasq; togas, viridesq; smaragdos.*

Tum in Panegyrico Honorij:

*Membraq́ue* GEMMATO *trabeæ viridantia* CINCTV.

Lib. 2. Corippus de Iustino Imperatore:

*Nobilibus* GEMMIS, *&* VIVO *lucidus* AVRO
BALTHEVS *effulgens lumbos præcingit heriles.*

Carm. 6. Prudentius in Psicomachiâ:

*Filius extinctum bello sub sorte cadauer*
*Aspexit si fortè patris; fulgentia* BVLLIS
CINGVLA, *& exuuias gaudet rapuisse cruentas.*

Carm. 5. Sidonius de Francis:

LATVS *& angustam succingit* BALTHEVS *aluum.*

Lib. 4. Ep. 20. Idem de Gothico ornatu: *Penduli ex humero gladij* BALTHEIS *supercurrentibus, strinxerunt clausa* BVLLATIS *latera* RHENONIBVS. Alio item loco:

Carm. 2. —— BVLLIS *hostilibus* ASPER
*Applicat à læuâ surgentem* BALTHEVS *ensem.*

D. Ambrosius: *Aureis* BVLLIS ZONAM *tegunt.* Veteres Glossæ: Ζώνη, *Baltheum, Cingulum.* Materiam docet Varro: *Baltheum, quòd cingulum* E CORIO *habebant* BVLLATVM: bubulo nimirum, vt ferè hodieque; nam Propertius de prisco militum Romanorum cultu:

Cap. 13. de Heliâ & Ieiun. Lib. 4. de LL.

Lib. 4. Eleg. 11. *Picta nec inducto fulgebat parma* PYROPO;
*Præbebant cæsi* BALTHEA *lenta* BOVES.

SECV-

# SECVRIS,

## SEV

## FRANCISCA REGIS.

Venio iam ad Securim; quam duplici nomine, vti & formâ, apud Antiquos fuiſſe comperio. Eſt enim ſimplex ſecuris inſtrumentum, vnâ dumtaxat parte ſecans, cuius olim frequens vſus pace & bello, victimis atque hoſtibus feriendis. Virgilius: Lib.2. Æneid.

*Quales mugitus fugit dum ſaucius aras*
*Taurus, &* INCERTAM *excuſsit ceruice* SECVRIM.

Ouidius in Triſtibus: Lib.4. Eleg.2.

*Candidaq; adductæ collum percuſſa* SECVRI
*Victima, purpureo ſanguine tinxit humum.*

De vſu in Bellis Maro iam laudatus: Lib.7. Æneid.

*Multaq; prætereà ſacris in poſtibus* ARMA,
*Captiui pendent currus, curuæq;* SECVRES.

Apollonius in Excidio Hieroſolymitano: Lib.2.

*Irrequieta ferit portarum obiecta* SECVRIS.

Alia fuit ſecuris duplici acie, latâ & acuminatâ, quarum alterâ cæſim, alterâ punctim feriebant, Varroni cum adiectiuo *Securis bipennis* dicta.

dicta. Hæc ſunt eius Verba apud Nonium Mar-
Cap.2. cellum: *Ferens ferream humero bipennem ſecurim.*
Lib.19. cap.19. Iſidorus accuratè: BIPENNIS *dicitur*, *quòd ex vtrâque parte habeat aciem*, *quaſi duas pennas. Pennum autem Antiqui acutum dicebant*; *vnde & auium pennæ*, *quia acutæ. Et ecce nomen quod reſeruauit antiquitatem*, *quia Veteres dicebant Pennas*, *non Pinnas.* Gloſſarium Philoxeni: *Securis*, πέλεκυς: *Bipennis*, δίστομος ἀξίνη. Meum M. S. antiquiſſimum: BIPENNIS, *ſecuris Amazonica: Pennum dicebant Antiqui bis acutum.* Vnde diſco, ſecurim, quam à Pentheſileâ Amazone
L.7.c.56. inuentam Plinius tradit, bipennem fuiſſe, ſeu bis acutam. Sed & huius quoque ſecuris, quæ ſubſtantiuè dicta eſt *Bipennis*, duplicem vſum
Lib.1. Argon. inuenio in Sacris & in Bellis. Valerius Flaccus:

——*Non illo certior alter*
*Pinguia* LETHIFERA *perſtringens colla* BIPENNI.

Lib.17. Silius Italicus:

*Victimaq; admotæ ſtabat ſubiecta* BIPENNI.

Lib.2. Æneid. Virgilius de Pyrrho:


*Ipſe inter primos correptâ dura* BIPENNI
*Limina perrumpit*, *poſteſq; à cardine vellit.*

5.Æneid. Æneas apud eumdem Poëtam:

*Cauſia bina dabo*, *læuato lucida ferro*
*Spicula*, *cœlatamq; argento ferre* BIPENNEM.

Secu-

Securis vtriusque, & simplicis & bipennis, imagines addo è columnâ Traiani, vsu promiscuo in hostibus, victimis, atque etiam arboribus cædendis. Tab.9. 11.13.14. 45.46.48. 59.61.81. 85.86. 103.




Pone corpus Childerici iacuit simplex Securis. Ferrum est ærugine erosum, longum Romani pedis vncias octo, latum in acie quatuor; vt hîc in paginâ sequenti repræsentandum curaui.


Francisca Regis.

FRANCISCAM vocarunt Hiſpani, à quibus ad Francos ipſos tranſiuit ea nomenclatio. Iſidorus Hiſpalenſis, qui diem obijt anno DC. XXXV. SECVRES *ſigna ſunt, quæ ante Conſules ferebantur, ne aut vſum perderent belli, aut vacantes otio, aſpectum amitterent gladiorum: quas* [ſecures] *&* HISPANI *ab vſu* FRANCORVM *per deriuationem* FRANCISCAS *vocant.* Dubio procul quaſi FRANCICAS: vnde in Actis Concilij Pontigonenſis legitur: *Venit Dominus Imperator* CAROLVS [Caluus] *in veſtitu deaurato,* HABITV FRANCISCO, *cum Legatis Apoſtolicæ Sedis.* Anonymus, qui ſcripſit Geſta Regum Francorum, abſoluitque Hiſtoriam ſuam anno DCC. XX. ſic de Clodoueo I. Rege, Childerici noſtri filio, proteruum militem caſtigante: *Accepit autem Rex* FRANCISCAM *eius, quod eſt* BIPENNIS, *& proiecit in terram. At ille, cùm inclinaſſet ſe attollere eam, ſtatim eleuatis manibus ſuis Rex* FRANCISCAM *ſuam in capite eius defixit.* Flodoardus in Hiſtoriâ Remenſi: *Quidam Francus* BIPENNI *percutiens vrceum, nihil à Rege niſi ſorte tollendum proclamat.* Tum nonnullis interiectis, ita de Rege: *Ad eum, qui dudum percuſſerat vrceum, peruenit, ſpretiſq; ipſius armis, eius tandem*

L.18.c.6.

Aimoïnus lib. 5. cap. 33.

Cap. 10.

L.1.c.13.

*dem* FRANCISCAM *proiecit in terram; ad quam recipiendam inclinato militi Rex in caput* SVAM *defigit* BIPENNEM; *quam pridem in vaſe perpetrauerat, cum increpationis acerbitate, rememorans præſumptionem.*

Illis Scriptorum verbis de Franciſcâ bipenni opponi poteſt in primis Aimoïnus; cuius hæc
L.1.c.12. ſunt verba de Rege Clodoueo: *Extensâ manu* FRANCISCAM *eius terræ deiecit* (*quæ* SPATHA *dicitur*) *ad quam recipiendam cùm ſe inclinaßet*, REX SVAM *vaginâ exemit, eiuſq; ceruici valido conamine illiſit.* Sed Aimoïnus turpiter hallucinatur; vel illa eius verba, *quæ* SPATHA *dicitur*, Gloſſema ſunt; vera enim franciſca Francorum ſecuris erat; ſpatham autem non ſecurim, ſed gladium fuiſſe quis neget?
Cap.41. Geſta Francorum conceptis verbis de Chlotario II. Rege: *Totâ terrâ Saxonorum vaſtatâ, populo illo interfecto, non ibi maiorem hominem reliquerunt viuentem, niſi qui* GLADII SVI, *quod* SPATHAM *vocant, ſtaturam æquare poßet.* Ve-
L.2.c.15. getius de Romanis militibus: *Habebant* GLADIOS *maiores, quos* SPATHAS *vocant, & alios minores, quos* SEMISPATHAS *nominant.* Non ergo ſecuris ſpatha fuit, ſed gladius; quem à ſecuri etiam diſertè diſtinxit Florus, loquens de

Illy-

Illyricis: *Legatos quoque noſtros, ob ea quæ deliquerant, iure agentes, nec* GLADIO *quidem, ſed vt victimas* SECVRI *percutiunt.* Spartianus etiam: *In conſpectu eius Papinianus* SECVRI *percuſſus eſt; quo facto, percuſſori dixit:* GLADIO *te exequi oportuit meum iuſſum.* Lib. 2. In Caracallâ.

Opponi poteſt ſecundò Agathias Græcus, qui ſic de Francis: *Ferunt* ANCIPITES SECVRES [πελέκεις ἀμφιςόμους] *quibus præcipuè rem gerunt.* Procopius antiquior ſimiliter, vbi Francos deſcribit *gerentes enſem, & clypeum, &* SECVRIM, *cuius ferrum craſſius, &* [ἐς τὰ μάλιςα] *vt plurimùm* VTRIMQVE ACVTVM; *lignum verò admodum breue. Hanc* SECVRIM *in primo congreſſu in hoſtem iacere conſueuerunt; & eo impetu, vt hoſtium ſcuta perfringant, & ipſos ſimul interimant.* Tum deinde Sidonius, qui de Clodionis Franci militibus aduerſus Maiorianum pugnantibus ita cecinit: Lib. 2. Lib. 2. Carm. 5.

*Excuſſiſſe* CITAS *vaſtum per inane* BIPENNES,
*Et plagæ præſciſſe locum, clypeoſque rotare*
*Ludus, & intortas præcedere ſaltibus haſtas.*

Illi omnes Francis tribuunt ancipitem ſecurim, vtrimque acutam, & verè bipennem; egoque in eorum irem ſententiam, niſi Franciſca Childerici

Regis per αὐτοψίαν me reuocaret. Certè ipse Isidorus, qui primus de Franciscâ egit, eam simpliciter vocauit SECVRIM, alioque loco *Bipennem* descripsit *habentem ex vtrâque parte aciem.* Vel ergo diuersis temporibus varia fuit Francorum securis, vel (quod vero propius est) securis pro bipenni, & vicissim bipennis pro securi promiscuè vsurpata; vti palàm factum à Scriptoribus Francis, qui Procopium, Agathiam & Sidonium ætate sunt secuti, cùm de eodem ictu ac Regio facinore loquentes, teli variant vocabulum. Gregorius Turonensis de
L.2.c.27. Clodoueo primo Rege militem obiurgante, *Cui inculta* ARMA, *neque* HASTA, *neque* GLADIVS, *neque* BIPENNIS *vtiles erant*, sic loquitur: *Adprehensam* BIPENNIM *eius in terram deiecit.* Ac de eodem milite ab Rege occiso: *At ille cùm inclinatus fuisset ad colligendam eam*, REX *eleuatis manibus* BIPENNIM
Cap.16. SVAM *capiti eius defixit:* Fredegarius de re eâdem: *Inculta est armatura tua*, *neque* SECVRIS *est vtilis*; *adprehensamque* SECVREM EIVS *terræ defixit. Et ille cùm paululùm inclinatus fuisset*, REX *eleuatis manibus* SECVRI *caput eius de-*
Lib.2. *fixit.* Rorico Monachus: *Rex eleuatâ* BIPENNE, *caput eius læthali vulnere percussit.* Turonensis

nensis rursum de Cloderico, Sigiberti Coloniæ Regis filio: *Cùm eßet valdè clinus, vnus eleuatâ manu* BIPENNEM *cerebro eius inlisit.* Tum de Ragnacario, Cameraci Rege, manu Clodouei Regis occiso: *Eleuatam* SECVREM *capiti eius defixit.* Item de Richario, fratre Ragnacarij: *Similiter & hunc* SECVRI *percussum interfecit.* Gesta Regum Francorum de iisdem fratribus, Clodouei consanguineis: *Eleuatâ* BIPENNE *in caput eius defixit, & mortuus est. Conuersusq; ad fratrem eius ait: Si tu solatium fratri tuo præbuisses, ille ligatus non fuisset; similiter ac ipsum in capite percussum interfecit.*

L.2.c.40.

Cap.42.

Cap.18.

Scriptores illi vocum propriarum parum curiosi Bipennem pro simplici Securi, seu Franciscâ ferè vsurparunt, plus attentâ rerum veritate, quàm eloquij nitore. Et sic etiam Seruius: BIPENNIS *per se plenum est, & securim significat.*

2.Æn.

FRA-

# FRAMEA REGIS.

Framea Childerici nomine ſuo magis conſtat, læſa dumtaxat longo tot ſæculorum incurſu; quibus tandem elapſis,

EXESVM *apparuit ſcabrâ rubigine* PILVM.

Hoc ipſum Frameam appello, ſiue Haſtam, proprium Francorum telum; de quibus, ſeu Germanis eorum progenitoribus ita Tacitus:

Lib. de Germ. *Arma ſumere non antè cuiquam moris, quàm ciuitas ſuffecturum probauerit. Tum in ipſo concilio vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus, ſcuto* FRAMEAQVE *iuuenem ornant: hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos; ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicæ.* Tum de iiſdem: *Eques quidem ſcuto* FRAMEAQVE *contentus eſt: pedites & miſſilia ſpargunt, pluraq́ ſinguli, atque in immenſum vibrant.* Alio item loco: *Rarògladijs, aut maioribus* LANCEIS *vtuntur:* HASTAS, *vel ipſorum vocabulo* FRAMEAS *gerunt, anguſto & leui ferro; ſed ita acri, & ad vſum habili, vt eorum* TELO, *prout ratio poſcit, vel cominus vel*


Lib 2. *eminus pugnent.* Agathias de Francis: *Arcubus, aut fundis, aliiſve telis, quæ eminus iaciuntur, non vtuntur; ſed ancipitibus ſecuribus, &*

ANGO-

ANGONIBVS, *quibus præcipuè rem gerunt.* ANGONES *autem ſunt* HASTÆ *quædam, neque admodum paruæ, neq; omnino magnæ; ſed & ad iactu feriendum, ſicubi res poſtulat, & vbi cominus collato pede confligendum eſt, impetuſq́; faciendos, adcommodatæ. Hæ plurimâ ſui parte ferro ſunt obductæ, ita vt perparum ex ligno, adeoq́; vix quantum in capulum ſufficit, conſpiciatur. In ſuperiori autem parte, ad mucronem ſpiculi, aduncæ quædam cuſpides vtrimque prominent, ex ipſo ſpiculo inſtar hamorum reflexæ, ac deorſum vergentes. In conflictu igitur* FRANCVS MILES *hunc* ANGONEM *iacit: quod ſi corpori inflictus fuerit, adigitur mox altiùs, vt par eſt, ſpiculum; neq; is qui ictus eſt facilè telum euellere poteſt: obſtant quippe cuſpides illæ hamatæ altiùs carni inhærentes, & acerbiſſimos excitant cruciatus; adeò vt, etiamſi hoſtem nequaquam lethale vulnus accepiſſe contingat, ex eo tamen intereat.*

Miſſum à filio meo Childerici Regis ferreum Haſtæ ſpiculum, non hamatum, vt hîc vides,

Framea Regis.



ſed triangulare eſt, cuiuſmodi Vegetius ita de- L.1.c.20.
ſcripſit: *Miſsilia vocabantur* PILA, *ferro ſubtili trigono præfixa, unciarum nouem, ſiue pedali, quæ in ſcuto fixa non poſſent abſcindi, & loricam, ſcienter & fortiter directa, facilè perrumpunt.* Sidonius de Francorum ſui temporis agilitate: Carm. 5.

*—— Clypeoſq; rotare*
*Ludus, & intortas præcedere ſaltibus* HASTAS.

Silius Italicus de Bruto: —— *Totam pectoris iram* Lib. 7.
*Mandat atrox* HASTÆ, *telumq;* VOLATILE *nodo*
*Excutit.*

Ad vltimum finire lubet cum maximi Poëtarum Lib. 1. Georg.
vaticinio, & votis occupare tempus illud, quo altâ pace inter Reges,

*Agricola incuruo terram molitus aratro,*
EXESA *inueniet ſcabrâ rubigine* PILA,
*Aut grauibus raſtris* GALEAS *pulſabit inanes,*
*Grandiaq;* EFFOSSIS *mirabitur oſſa* SEPVLCHRIS.

## CAPVT XV.

*Equus Bellator, Bucephalus phaleratus,* CHILDERICO *Regi conſepultus, defoſſo etiam Equiſone.*

VBi primùm à Ioanne Canonico, filio meo, intellexi, effoſſum etiam Tornaci caput Bellatoris Equi, annos penè abhinc mille ducentos Regi Childerico conſepultum; tum verò gratula-

tulatus ſum antiquiſſimæ Ciuitati tam auſpicatum omen, vt olim Iouis coniux Chartaginenſibus: ——*Pœni*

Virgil. 1. Æn. *Effodêre loco* SIGNVM, *quod Regia Iuno*
*Monſtrarat*, CAPVT ACRIS EQVI: *ſic nam fore* BELLO
EGREGIAM, *& facilem victu* PER SÆCVLA *gentem.*

Itaque monere Ioannem meum, vt aliquando Plinius Maximum ſuum, *reuereretur gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in vrbibus* SACRA *eſt: eſſet apud illum honor* ANTIQVITATI, *eſſet ingentibus factis, &* FABVLIS *quoque*; immò etiam affectibus Regum ac Principum, qui cum ijs omnibus ſepeliebantur, quæ maximè dilexerant, ne relicto quidem Equo, philantropo illo, ac ſummæ fidei animali. Plinius: *Amiſſos lugent dominos, lacrymaſq; interdum deſiderio fundunt. Interfecto Nicomede Rege, equus eius inediâ vitam finiuit.* Auctores certè Dion & Xiphilinus, *Equum Prætoriano militi ademptum, cùm nollet herum deſerere, ſequereturq; hinniens, eò miſerationis dominum adegiſſe, vt ſe ipſe equumq; interfecerit; viſum ſpectantibus libenter* LÆTEQVE CVM DOMINO MORI.

Lib. 8. Epiſt. — L. 8. c. 42.

Lib. 10. Apud Silium: ——*Confoſſus pectora telis*
*Seminecem extremo vitam exhalarat in auras*
*Munere, deficiens iam Clœlius, oraq; niſu*

*Lan-*

*Languida, vix ægrâ & dubiâ ceruice leuabat.*
*Agnouit* SONIPES, *arrectisq; auribus acrem*
*Hinnitum effundens, sternit tellure Vagesum,*
*Quem tunc captiuo portabat in agmine dorso.*
*Hinc rapidũ glomerans cursum per lubrica pinguis*
*Stante cruore soli, & mutilata cadauera cæde,*
*Euolat, ac domini consistit in ore iacentis;*
*Inde inclinatus, collum submissus & armos,*
*De more inflexis præbebat scandere terga*
*Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore.*

Ad quæ meritò exclamat Hermannus Hugo: *Vbi nunc hominum amor & fides, præ fide tantâ bruti animantis!* Subditque & lacrymas mereri Pallantis equum, qui mortuo domino sit illacrymatus, si Maroni fides: Lib.1.de Mil.Equest.c.1.

*Pòst bellator* EQVVS, *positis insignibus, Æthon,*
*It* LACRYMANS, *guttisq; humectat grandibus ora.*

Nec Poëticas lacrymas putandas esse, sed veras; quales & Iulio Cæsari fusas ab Equis suis scribit Suetonius augurio futuræ cædis: *Proximis diebus, equorum greges, quos in traijciendo Rubicone flumine consecrarat, ac vagos sine custode dimiserat, comperit pertinacissimè pabulo abstinere, vbertimq; flere.* Et Isidorus: *Interfectis vel morientibus dominis multi lacrymas effundunt.* Hinc vnà sepeliebantur prisco ritu, in Regum præsertim exequiis Cap.81. L.1.c.12.

 obser-

5. Æneid. obseruato. Seruius in Virgilium: *Fuit hæc maiorum consuetudo, sicut hodieq; apud Indos est, vt quoties* REGES *moriebantur, cum his* DILECTI EQVI, *vel* SERVI, *& vna de vxoribus charior, circa rogum* OCCISI *incenderentur.* Sic Gerri & Tauri, Schytæ gentes, defuncto Rege, in tumulo, vbi cadauer odoribus delibutum erat, præcipuam concubinarum, pincernam, coquum, Agasonem ac ministrum vnà tumulare, equosque & quinquaginta ex ministris ad rogum præfocare consueuerant. Herodotus de ijsdem Gerris: *Vbi*, inquit, *iam mortuum circumferentes lustrauerunt singulas gentes, quibus imperauit* REX, *apud eos deponunt, qui in extremis Gerris habitant & in sepulchris. Quem postquam super thorum in loculo viderunt, hastis hinc atq; hinc defixis, desuper ligna disponunt, deinde pallio contegunt. In reliquâ loculi spatiositate aliquam eius pellicum strangulatam sepeliunt, & eum qui vina miscebat, & coquum, &* EQVISONEM, *& ministrum, & qui erat à nuntijs, nec non &* EQVOS, *& aliarum rerum omnium primitias; quin etiã phialas aureas: nam argenteum & æreum nihil in vsu habent.* Chrysostomus: *Diuite aliquo mortuo, non seruos solos & ancillas, sed &* EQVOS *necessarij sacco amicientes, & agasonibus tradentes,* IN SEPVLTVRAM *sequi iubent, calamitatis ostendentes magnitudinem.* Saxo Grammaticus, vbi

Alex. ab Alex. l. 3. cap. 7.

Lib. 4.

Homil. 3. ad Pop. Antioch.

Lib. 8.

Ritus

Ritus omnes memorat, quibus Ringo occisi à se Haraldi corpus cremandum curauit: *Cùm superiectum ignis cadauer absumeret, mœrentes circuire Proceres, impensiusq; cunctos hortari cœpit, vt arma, aurum, & quodcumq; opimum esset, liberaliter in nutrimentum rogi, sub tanti taliterq; apud omnes meriti Regis veneratione transmitterent. Cineres quoq; perusti corporis vrnæ contraditos, Læthram perferri, ibiq; cum* EQVO, & ARMIS, REGIO MORE *funerari præcepit.* Idem alibi refert, *Asmundum ob amicitiæ iusiurandum, viuum se cum Asuiti cadauere (quod cum cane &* EQVO, *terreno mandabatur antro) contumulari sustinuisse, cibo quo vesceretur illato.* Et apud eumdem, *Frotho, conuocatis quas vicerat gentibus, lege cauit, vt quisquis paterfamilias eo concideret bello, cum* EQVO, *omnibusq; armaturæ suæ insignibus tumulo mandaretur.* De Germanis Francorum nostrorum maioribus clarè Tacitus: *Sua cuiq;* ARMA: *quorumdam igni &* EQVVS *adijcitur.* Cæsar de Gallorum funeribus: *Omnia quæ viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam* ANIMALIA.

Lib. 5.


Ibid.

Lib. de Mor. Germ.

Lib. 6. de Bello Gall.

Equum Childerici Regis appello *Bucephalum*, quòd non (vt ille Alexandri) armo impressum, sed ipsâ de fronte pendulum bubuli capitis insigne gestaret, ipsumque adeò Regis idolum, ritu iam suprà explicato. Inuentæ sunt eius reliquiæ,

capi-


Solea Equi Regij.

capitis ossa, dentes, maxillæ, & ferrea solea; sed ita rubigine absumpta, vt dum veruculo clauorum foramina (quæ vtrimque quaterna erant) purgare leuiter tentarem, ferrum putre in fragmenta dissiluerit, & ex parte dumtaxat hîc repræsentari potuerit.


Plinij ætate, summo illo Romanorum luxu, *Poppæa, coniux Neronis Principis, delicatioribus* IVMENTIS *suis* SOLEAS *ex* AVRO *induere solebat*; & ipse Nero argenteis calceauit. Molle iumentum decent ista, mollioremque sessorem, non equum bellatorem, non Regem. Pulchrè Horatius: Lib. 33. cap. 11. Xiphilinus. Lib. 1. Serm.

REGIBVS *hic mos est, vbi* EQVOS *mercantur, apertos*
*Inspiciunt; ne si facies, vt sæpè decora*
MOLLI *fulta* PEDE *est, emptorem inducat hiantem.*

Patet è soleâ, eiusque foraminibus, Childerici Regis equo vngulam fuisse minori formâ, altam tamen, & benè corneam; sicque eumdem agilem, & ad rem militarem idoneum: *Massylij & Libyes*, inquit Strabo, PARVIS EQVIS *vtuntur*, CELERIBVS *tamen.* Lib. 17.

Bucephalus Alexandri apud Plutarchum: *Nudus conscendendum se Equisoni suo præbebat; ornatus autem* REGIIS PHALERIS & BVLLIS, *neminem excepto Alexandro admittebat: cæterorum si quis accederet tentandi gratiâ, aduersus occurrens,*

 *magno*


Phaleræ Regiï Equi.

*magno cum hinnitu insiliebat, ac conculcabat, nisi quis fugâ saluti consuluisset.* Præter Apes aureas iam antè memoratas, è Phaleris Bucephali Childericiani ecce tibi clauos, bullas, vmbilicos maiores & minores, rotundos, vmbellatos, ouales, bipertitos, & cuiusuis alterius formæ, quibus frontale, capistrum, antilena, postilena, habenarum etiam acroteria instructa erant.

Non ditiorem cultum vouet equo triumphali Honorij Imp. Claudianus, vbi canit: Epigr de Equo Honorij.

*——Spumis perfunde* SMARAGDOS:
*Luxurient tumido* GEMMATA MONILIA *collo:*
*Nobilis* AVRATOS *iam purpura vestiat armos.*

Idemque Panegyri de quarto Consulatu eiusdem Imperatoris:

*Vtque tuis primùm* SONIPES *calcaribus arsit,*
*Ignescunt patulæ nares, non sentit arenas*
*Vngula, discussæque iubæ sparguntur in armos.*
*Turbantur* PHALERÆ, *spumosis morsibus* AVRVM
*Fumat, anhelantes exsudant sanguine* GEMMÆ.

Et de muneribus eidem Imperatori à Serenâ missis:

*Ipsa manu chlamydes ostro texebat & auro,*
FRÆNAQVE, *quæ volucrem Xanthum, Baliumque decerent,*
*Æquore quæsitis* ORNABAT *sedula* GEMMIS.

Tum de Arcadij Imperatoris equo:

*Dumq́ᵹ* AVRO *phaleræ*, GEMMIS *dum* FRÆNA *renident*,
*Hac vterum zonâ cinge frementis equi:*
*Siue illum Armenijs aluerunt gramina campis*,
*Turbidus Argeâ ſeu niue lauit Halys*,
*Sanguineo* VIRIDES *morſu vexare* SMARAGDOS,
*Et Tyrio dignum terga rubere croco.*

Lib. 9. Thebaid. Statius:

*——Equus, quem diſcolor ambit*
*Tigris*, & AVRATIS *aduerberat vnguibus armos.*

Lib. 4. Silius: *——Vidéſne*

*Quantus erat Chryxus? Iam nunc tibi præmia pono*,
*Illum Sidonio fulgentem ardore tapeta*,
BARBARICVM *decus*, & FVLVIS *donabere frænis.*

Lib. 3. Æneid. Virgilius variis locis:

*—— Oſtroq́ᵹ inſignis* & AVRO
*Stat* SONIPES.

Lib. 8. *Omnibus extemplò Teucris iubet ordine duci*
*Inſtratos* AVRO ALIPEDES, *pictiſq́ᵹ tapetis:*
AVREA *pectoribus demiſſa* MONILIA *pendent:*
*Tecti* AVRO FVLVVM *mandunt ſub dentibus* AVRVM.

Lib. 6. Metam. Ouidius:

*Conſcendunt in equos, Tyrioq́ᵹ nitentia ſucco*

*Ter-*

*Terga premunt*, AVRO GRAVIDIS *moderantur habenis.*

Plutarchus in Pompeio extulit *equum* AVRO *ornatum, &* PHALERIS *plenum*; Gellius, *equitatum frænis, ephippijs*, MONILIBVS, *phaleris præfulgentem.* Ammianus Marcellinus de equo Iuliani Cæſaris, cui Babylonio erat nomen: *Ictu torminis conſternatus, dum dolorum impatiens voluitur*, AVRO LAPILLISQVE *ornamenta diſtincta conſperſit.* Sidonius de Sigiſmere Regio iuuene: *Illum equus quidem* PHALERIS *comptus, imò* EQVI *radiantibus* GEMMIS *onuſti antecedebant, vel etiam ſubſequebantur.* Guntherus Ligurinus de equo, cui inſidebat Fridericus I. Imperator: L.5.c.5. Lib.23. Lib.4. Epiſt. 20. Lib.4.

AVREA *nexilibus faſtidit* FRÆNA *catenis,*
GEMMATOSQVE LVPOS, *& fuluum maſticat* AVRVM:
*Lucidus* E MEDIA *dependet* FRONTE PYROPVS:
*Lucida multiſonis* PHALERANTVR *pectora* BVLLIS.

Et Plinius: *Quondam*, inquit, *tantæ magnitudinis* GEMMAS *fecêre, vt* EQVIS REGVM *in Oriente* FRONTALIA, *atque pro phaleris penſilia facerent.* Argentei cultus Plinius idem & Apuleius meminêre: ille quidem: *Argentum*, inquit, *ſtanno incoquere ſimili modo cœpêre*, EQVORVM *maximè ornamentis.* Iſte verò: *Phaleris* Lib.39. cap.12. Lib. 34. cap.17. Lib. 10.

AVREIS, *fucatis ephippijs, purpureis tapetibus, frænis* ARGENTEIS *exornatum* EQVVM.

In Childerici Bellatore ac Triumphali omnia

*Clara* MICANTE AVRO, *flammasq; imitãte* PYROPO.

vt cultum mirer, ac iudicem tam magnum esse adhibitum, non tantùm Regis sessoris causâ, sed & Regij Idoli, seu Bubuli capitis, quod fronte gestabat; nec dubito priscos illos ac Gentiles Francos dum *equi, deorum conscij, hinnitus ac fremitus* tam religiosè obseruabant, Regio subinde acclamasse:


Tacit. de Germ.

*O felix* SONIPES, *tanti cui fræna mereri*
NVMINIS, & SACRIS *licuit seruire* LVPATIS,
*Accipe* REGALES CVLTVS.

Claudianus Epigr. de Honorij Equo.

Ad Equisonem quod attinet, Regi etiam & equo Regio consepultum, iam abundè docui ritum eiusmodi in vsu fuisse apud Antiquos, cùm ad equi sepulturam laudaui Seruium, Herodotum, Chrysostomum, Saxonem Grammaticum, aliosque, qui non tantùm equum, sed & equisonem vel crematum, vel in terram defossum tradiderunt. Childericianum admodum adolescentem fuisse oportet, quantum è caluariâ conijci potuit, quæ Regio cranio multò minor adiacebat. Sic in Dypticho eburneo Cathedralis Ecclesiæ S. Lamberti Leodiensis, in quo sculptus est

eſt opere anaglypho SAVINIANVS, ſiue *Sabinianus, Comes domeſticorum equitum, & Conſul ordinarius* anno D. V. imperante Anaſtaſio, ſpectantur equiſones duo pumili, qui imperatorios equos educunt è ſtabulis: infraque alij



quinque eiuſdem ſtaturæ; atque inter illos duo, qui vinctis poſt terga manibus, ſoleam equinam, aut aliquid eiuſmodi, naſo vel ore pendulum videntur geſtare. Imaginem hîc expreſſi ex Archetypo deſumptam.

CAPVT

# CAPVT XVI.

*Fibulæ aureæ & gemmatæ, Acus aurea, Aurum obryzum, nobiles Gemmæ, Globus cryſtallinus.*

PRiſcam Rem Fibulariam hoc loco excutere non eſt animus: Aureas Gemmataſque tantummodò attingam, quibus honos antiquiſſimus ac planè Regius: nam in Hiſtoriâ Machabæorum, *Factum eſt, vt audiuit Alexander Rex ſermones iſtos, addidit adhuc* GLORIFICARE *Ionathan, & miſit ei* FIBVLAM AVREAM, *ſicut conſuetudo eſt dari* COGNATIS REGVM. Et aliquanto pòſt, de Antiochi Regis muneribus eidem Ionathæ miſſis: *Miſit illi vaſa aurea in miniſterium, & dedit ei poteſtatem bibendi in auro, & eſſe in purpurâ, & habere* FIBVLAM AVREAM. Itemque inferiùs, Rex Demetrius Simonem Principem Sacerdotum iubet *veſtiri purpurâ, & vti* FIBVLA AVREA. Statius, vbi Eunæi (qui Liberi Patris ſacerdos erat) veſtes deſcribit:

Lib. 1. cap. 10. n. 88.

Cap. 11. n. 58.

Cap. 14. n. 44.

Lib. 7. Thebaid.

*Brachiaq; in manicis, & pictæ vincula plantæ,*
*Carbaſeiq; ſinus, &* FIBVLA RASILIS AVRO
*Tenariam fuluâ mordebat* IASPIDE *veſtem.*

Ad quæ Luctatius, vetus interpres: *Ad luxuriem retulit*

*retulit pulchritudinem* FIBVLÆ. *Erat enim foraminibus multis exornata, quas vulgò* INTERRASAS *appellant.* Ouidius: Lib. 1. Metam.

RASILIS *huic summam mordebat* FIBVLA *vestem.*

De Imperatoriâ Metellus in Quirinalibus:

FIBVLA, *quam chlamydis quasi comptior* IMPERIALIS
*Fert locus* IMPERII *specialis.*

Auream gemmatamque intelligit: ita enim Didoni apud Virgilium: L. 4. Æn.

AVREA *purpuream subnectit* FIBVLA *vestem:*

quamquam Adrianus Imp. *Vestem humillimam frequenter accipiebat, sine auro baltheum sumebat, sine* GEMMIS FIBVLAS *stringebat, capulo vix eburneo spatham claudebat.* Carinus contrà: *Habuit* GEMMAS *in calceis: nisi* GEMMATA FIBVLA *vsus non est.* Gallienus Imp. *cum chlamyde purpureâ,* GEMMATISQVE FIBVLIS *&* AVREIS *Romæ visus est.* Macrinus, FIBVLIS *& Baltheo ornatus processit, multo* AVRO *&* GEMMIS *variatis.* Iulianus Imp. de Constantij Imp. rebus gestis: *Vtrumnam igitur vel vtriusque potestatis amplitudinem, vel diuturnitatem Imperij, vel Regum multitudinem inter se conferendam putamus? An hoc iure ineptum videatur ac stolidum; eoque prætermisso, commendandæ potiùs erunt diuitiæ, ac* χλαμύδα σὺν τῇ πόρπῃ, PALVDAMENTVM

Spartianus. Vopiscus. Trebell. Pollio. Herodianus L. Orat 2.

CVM FIBVLA *prædicandum*; *in quibus deſcribendis Homerus non ſine delectatione commoratur?* Apud quem nimirum iam inde ab ipſis Heroum temporibus, *περόναι χρύσεαι*, AVREÆ FIBVLÆ reperiuntur, quas Sophocles Poëta vetuſtus ſignificantiùs dixit *χρυσηλάτους*, hoc eſt, vt Rhodius interpretatur, *malleo ductas ex auro*; cuiuſmodi Childericianæ omnes. Corippus Africanus de Laudibus Iuſtini Auguſti minoris:

Diſſertatione de Aciâ, c. 5.

Lib. 2.

AVREA *iuncturas* MORSV *perſtringit* ADVNCO
FIBVLA, *&* *à* SVMMIS GEMMÆ *nituêre* CATENIS;
GEMMÆ, *quas Getici felix victoria belli*
*Præbuit, atque fauens dominis Rauenna reuexit,*
*Quaſq; à Vandalicâ Beliſarius attulit aulâ.*

Sic in Numiſmatis quæ extant Iuſtinus maior, Iuſtiniani auunculus, chlamydem fibulâ gemmatâ ſubſtrictam gerit, tribus catenulis dependentibus itidem gemmatis. Agathias vbi de Regiis Inſignibus antiquo more: REGIA *autem* FIBVLA *chlamydis λίθοις τε ἐκκρεμέσι*, LAPILLIS PENDVLIS, *alioq; apparatu ornatur.* Eginarthus de Carolo Magno: *In feſtiuitatibus veſte auro textâ, & calceamentis gemmatis, &* FIBVLA AVREA *ſagum adſtringente incedebat.* Maneat igitur, fibulam auream gemmatamque Imperatorum ac Regum dumtaxat Inſigne fuiſſe. Vnde

Lib. 2.

In Vitâ Caroli Magni.


Vnde Plinij querela, immò & M. Bruti de nimio Tribunorum cultu: *In militiâ quoque in tantum adoleuit hæc luxuria, vt M. Bruti in Philippicis campis epistolæ reperiantur, frementes,* FIBVLAS *Tribunitias ex* AVRO *geri.* Aurelianus indulgentior, *vt* FIBVLAS AVREAS *gregarij milites haberent, primus concessit, cùm anteà* ARGENTEAS *habuissent.* Leo Imperator vetuit quidem *frænis, equestribus sellis, aut baltheis* MARGARITAS *&* HYACINTHOS *aptari*; sed FIBVLAS *in chlamydibus solo* AVRO *& arte pretiosas* permisit, etiam *priuatis*: eâ tamen cautione, *vt quod*, inquit, *in cultu ornatuq; nostro* SACRVM *& adoptabile est, id facere temeritas priuata non audeat.* Hinc Ioannes Rhodius, præstanti vir ingenio, & politissimo: *Mirum valdè*, inquit, *in tantâ varietate* SOLAS *propè* ÆREAS FIBVLAS *in nostrum venisse conspectum, quales vir integerrimus Laurentius Pignorius se tantùm vidisse fateri non dubitauit; pariterq; Claudius Menetrius, etiamnum Romæ verus Antiquitatum condus. Et quidem hæ satis* RARÆ, *imò apud* CVRIOSISSIMOS *etiam Antiquarios* NVLLÆ. *Aureæ de veteri quodam conditorio à se visæ speciem expreßam Carolo Emanueli, Serenißimo Sabaudiæ Duci, transmissam refert in vario de Rebus deperditis opere vir clarißimus Gui-*

L. 33. c. 3.

Vopiscus.

Lib. 11. Cod. t. 11.

De Aciâ cap. 5.


Fibulæ aureæ
et gemmatæ.

*dius Pancirolus.* ita ille. Quo magis gratulari lubet SERENISSIMO nostro, cui non fibulæ vnius aureæ oblata qualiscumque species, sed Regiæ multæ repræsentatæ, auro solido gemmisque compositæ. Pendent eâ magnitudine ac numero, quo in Tabellâ exhibentur, auri vncias septemdecim. Omnium maior, vnco & vmbone gemmato, cui subnectitur grauis annulus; subiectus item alter grauior grandiorque, ad extrema cingulæ latioris equi Regij pertinebant, quam hodieque *Supercingulam* appellamus, vulgò *Sursangle.* Isidorus: CINGVLA *hominum*, inquit, *generis neutri est; nam animalium genere feminino dicimus* HAS CINGVLAS. Pro quibus Claudianus de equis Honorij & Arcadij *zonam* & *baltheum* etiam vsurpat: Lib. 19. cap. 33.

*Nobilis auratos iam purpura vestiat armos,*
*Et medium te* ZONA *liget variata colorum*
*Floribus.*

*Hac vterum* ZONA *cinge frementis equi.*
BALTHEVS *alipedis Regia terga ligat.*

Fibulam in imo Tabellæ sitam obtulit SERENISSIMO Ioannes filius meus, quæ (vt est omnium artificiosissimè gemmata) balthei ipsius Regis fuisse videtur vsu antiquissimo;

——*Lato quem circumplectitur* AVRO

 *Bal-*

*Baltheus, & tereti subnectit* FIBVLA GEMMA,

L. 5. Æn. vt canit Virgilius. Sed annulo suo orbata hæc nostra, vt & aliæ tres minores; à quibus etiam vncini auulsi. Longè plures subductas esse certum est, totque quot ad equi instructum necessarias nemo non videt. Integræ quatuor quæ supersunt, formâ, magnitudine, varioque ornatu diuersæ quidem; sed si vsum spectes, iis haud absimiles, quibus hodieque vtimur, quæque lora, atque alia annulo immissa, vnco transfigunt; vt Francicas fibulas facilè agnoscas, non Romanas illas antiquissimas & obsoletas, quæ ferè arcu pro annulo ita constabant, vt sine vnco acus quædam longior chordam, pars superior arcum referret; cuiusmodi multas æreas videre est apud [a] Smithum & [b] Rhodium.

[a] In Nouiomago. [b] In Aciâ.

Exercit. 329. Iulius Scaliger de Fibulâ consultò tractans, eam solius acus nomine dignari videtur, dum ait: *Talis* ACVS *ærea vel aurea, quæ in annulo transuersa transadigit corrigiam ad cincturas.* Acum propriè fibulam esse cum Isaaco Casaubono censuit Bernardinus Baldus. *Verè quidem Scaliger*, inquit Rhodius, *nimis tamen angustè. Non enim ad solum cinctum, sed ad vestem simul eius vsum extendi commodum erat: in quâ veluti etiam in cingulo, si non annulus semper, tamen aliquid certè,*

In Not. ad Trebel. Poll. De Verb. Vitruuian. signif. Cap. 5. de Aciâ.

*certè, quod ipsi vsu respondeat, fulcimenti causâ, atque ad liberiorem vestis motum desideratur, cuius non minor vtique, quàm* ACVS *necessitas. Nulla igitur causa, cur fibulam putemus à parte sui denominatam. Siquidem, fatente ipsomet Casaubono, totum illud Latini Fibulam vocant.*

Vsus vtriusque exempla protulit apertum Childerici Regis conditorium, in quo præter Fibulas iam memoratas cum annulo & vnco, inuenta est & ACVS AVREA, seu veriùs SPINA, quâ vestis Regia summo pectore nectebatur; retento haud dubiè vestigio Germanicæ originis etiam in cultu, cuius Principes haud paulò ceteris solent esse retinentiores. Tacitus de Germanis disertè: *Tegmen omnibus sagum,* FIBVLA, *aut, si desit,* SPINA *consertum.* Claudius Imperator, cùm adhuc priuatus esset, eiusmodi saga petijt ab Regilliano Illyrici Duce, vbi scribit apud Pollionem: *Arcus Sarmaticos, & duo* SAGA *velim ad me mittas, sed* FIBVLATORIA.

Lib. de Germ.

In Regilliano.

Atque de his omnibus, quæ toto hoc Opere retulimus, seu ad cultum Regium, seu ad equi instructum attinerent, dubites plus ne materiæ quàm artificio debeas. Aurum (illud humanæ cupiditatis idolum, cuius SACRA FAMES, *cuius amore populi ferro dimicant*) magnâ copiâ, purum,

Iustin. lib. 38.

rum, elutum, obryzum & defœcatiſſimum eſt,
L.33.c.3. de quo Plinius: *Præcipuam gratiam huic materiæ fuiſſe arbitror, quia rerum vni igne nihil deperit: quinimò quò ſæpiùs arſit, proficit ad bonitatem. Altera cauſa pretij maior, quàm minimùm vſu deteri. Super cætera non* RVBIGO *vlla, non* ÆRVGO, *non aliud ex ipſo, quod conſumat bonitatem, minuátve pondus.* Hinc auri Childericiani de tot ſęculis triumphus, quibus argenti ſignati infirmior natura magna ex parte ceſſit; ferrum quantumuis potens, vel in extremam rubiginem, vel in puluerem verſum.

Iam quàm artifici manu, infinitoque numero gemmæ auro inſertæ! vbique

Claudianus lib. 2. de Raptu.
—— *variantur cingula* GEMMIS,
REGALES *vinctura ſinus.*

Plinius Proœm. lib. 37. Idem lib. eod. c. 6.
Et melioribus quidem viuis, ardentibus, nobilibus, quibuſque *in arctum coarcta naturæ maieſtas nullâ ſui parte mirabilior.* Vnde & *ſingulorum libido ſingulis pretia fecit, & præcipuè* REGVM. *Claudius Cæſar* SMARAGDOS *induebat, &* SARDONYCHAS. *Primus autem Romanorum* SARDONYCHE *vſus eſt prior Africanus, vt tradit Demoſtratus.* Stiliconi GEMMATAS *togas* tribuit
Lib. 2. Claudianus: Corippus Iuſtino Auguſto minori,

AVRATAS *veſtes, pretioſaq; cingula* GEMMIS,
*Et capitis diadema ſacri.*

Gem-

Gemmæ omnes Thesauri sepulchralis Childericiani carbunculi sunt, Veteribus *pyropi*, seu *anthraces* dicti, quòd carbonum instar luceant, iaciantque hinc inde flammeos radios: PRINCIPATVM, inquit Plinius, *habent* CARBVNCVLI, *à similitudine ignium appellati, cùm ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam Apyroti vocati.* Gemmam Regiam color purpureus indicat, Regum insigne. Claudianus: L.37.c.7.

*Sub tua* PVRPVREI *venient vestigia* REGES. Lib.2. de Raptu.

Propertius & militarem fuisse docet, vbi canit: Lib.4. Eleg. 11.

*Picta, nec* INDVCTO *fulgebat* PARMA PYROPO,
*Præbebant cæsi balthea lenta boues.*

Nonnulli tradunt (penes quos sit fides) carbunculo somnum minui, sanguinem exagitari, vt gestantes facilè excandescant; quæ militari genio planè conueniunt. Plinius varia genera constituit, apud quem etiam discrimen in sexu: MARES *austeritas distinguit, quodam vigore apposita tingens. Blandior* FEMINIS *flamma, alliciens magis quàm accendens.* Idem paulò antè: *In omni genere* MASCVLI *appellantur acriores; at* FEMINÆ *languidiùs refulgentes. In* MASCVLIS *quoque obseruant liquidioris alios flammæ, nigrioris alios, & quosdam lucidiùs, ac magis cæteris in Sole flagrantes.* OPTIMOS *verò* AMETHYSTIZONTAS, Anselm. Boët. l.2. de Gemmis c.14. Loc. citat.

*hoc est, quorum extremus igniculus in* AMETHY-STI VIOLAM *exeat.* Cuiusmodi obseruaui quamplurimos in armis, fibulis, clauis, ceterisque Regiis cimelijs cultus Childericiani; è quibus, cùm exemissem carbunculos aliquot, veros amethystizontas inueni, nullâ bracteâ suppositâ, sed auro dumtaxat, quibus includebantur, minutim striato, quo nimirum sine fraude igniculi fouerentur, & *pinnato fulgore radiarent*, vt loquitur Plinius; qui & subdit: *Non esse aliud difficilius, quàm discernere hæc genera: tanta in eis occasio artis*, SVBDITIS *per quæ lucere cogantur.* Ad hæc, *adulterari* VITRO *simillimè, sed molliore materiâ, & fragili deprehendi, & pondere, quod minus est in* VITREIS. Quæ in gemmas Childericianas neutiquam cadunt, tot sæculorum victrices, manente vitâ, igne, ardore, duritie; quasque adeò nec Gemmarius alieno fuco elegantiores reddere voluit.

Arcebantur à principibus personis gemmæ factitiæ & plebeiæ. Trebellius Pollio de Gallieno: *Cùm quidam* GEMMAS VITREAS *pro* VERIS *vendidisset eius vxori; atque illa, re proditâ, vindicari vellet; surripi quasi ad leonem venditorem iussit.* Brutorum phaleris additæ interdum in aulis Principum ornatus causâ, vti ceruo cicuri ac


Regio,

Regio, quem vitreis bullis, ſeu vmbilicis ſplendentem deſcripſit Calphurnius in Bucolicis: Ecl. 6.

*Aſpicis vt fruticet latè caput, atque ſub ipſis*
*Cornibus, & tereti* LVCENT *redimicula collo.*
*Aſpicis vt niueo frons irretita capiſtro*
LVCET, *& à dorſo, quæ totam circuit aluum,*
*Alternat* VITREAS *lateralis cingula* BVLLAS.

Gemmis verò accenſeri, nec ſilentio præteriri debet globus cryſtallinus in Regis Childerici conditorio repertus.

*Globus Cryſtallinus.*



Exigua res in ſpeciem, ſed olim magno in pretio habita, ſi Claudianum canentem audimus: Epigr. de Cryſtallo.

MARMOREVM *ne ſperne* GLOBVM; *ſpectacula tranſit*
REGIA, *nec* RVBRO *vilior iſte* MARI.
*Informis* GLACIES, *ſaxum rude, nulla figuræ*
*Gratia, ſed* RARAS *inter habetur* OPES.

L.37.c.2. Iuba auctor eſt apud Plinium, *in quadam Inſulâ* RVBRI MARIS *ante Arabiam ſitâ* CHRYSTALLOS *naſci*, haſque infeſtari interdum plurimis vitiis, *ſcabro, ferrugine, maculosâ nube, occultâ aliquando vomicâ, præduro fragiliq́; centro, & ſale appellato. Eſt & rufa aliquibus rubigo, aliјs capillamentum rimæ ſimile. Hoc artifices cœlaturâ occultant.* Quæ ſine vitio pura, limpida, nec ſpumei coloris (vti rotunda glacies illa Childericiana) hanc *Cryſtallum Montanam* vocant, & *Aquam marinam.* Gelu contractum dixeris; quod ſolito vehementius, ne dicam vehementiſſimum in globo Childerici expertus ſum; ita vt vola, digitiq́ue ab eius complexu quodammodò torperent, frigore etiam altiùs penetrante. Apud Claudianum:

*Dum* CRYSTALLA *puer contingere lubrica gaudet,*
*Et* GELIDVM *tenero pollice verſat* ONVS;
*Vidit* PERSPICVO *deprenſas* MARMORE *nymphas,*
*Dura quibus ſolis parcere nouit hyems;*
*Et* SICCVM *relegens labijs ſitientibus* ORBEM,
*Irrita* QVÆSITIS *oſcula figit* AQVIS.

Nec ludò pueris dumtaxat, ſed adultis etiam globi eiuſmodi aliquando ſaluti fuêre. Anſelmus
L.2.c.44. Boëtius de Lapidibus & Gemmis: *Frigidæ & ſiccæ naturæ adeò eſt* CRYSTALLVS, *vt ſub linguâ poſitus*

*situs sitim febrientium sedet*; MANIBVSQVE *detentus* ACVTA FEBRE *correptos recreet, & refrigeret; præsertim si* SATIS MAGNVS *fuerit, ac* SPHÆRICÆ FIGVRÆ; *sæpeq́; in aquâ rosarum mergatur, vbi à manu ægri incaluerit.* Andreas Cæsalpinus de Marmore ophite, quod effoditur Serauitiæ, constatque lineis candidis in nigro: *Ex Serauitiensi conficiunt* PARVOS GLOBOS, *vt* MANIBVS *contrectentur in* FEBRE ARDENTE. *Hoc modo* OPHITEM *lethargicis & phreneticis opitulari putandum est; marmoris frigiditate capiti & præcordijs communicatâ, arcere pestilentiam, in quâ apparent* EXANTHEMATA, *& serpentium virus.* Hinc iudicabam consepultum Regi Childerico globum crystallinum, quo vsus in morbo fuisset, *cùm ad solum proprium, hoc est Ambianorum vrbem, remeare cupiens,* FEBRE CORREPTVS *spiritum exhalauit.*

Lib. 2 de Metall. c. 14.

Rorico lib. 1. in fine.



# CAPVT XVII.

*Aurea Numiſmata è ſepulchro* CHILDERICI *Regis, certi characteres illum eius nominis Regem primum fuiſſe.*

Lib. de Breuitate vitæ c. 12. QVærit Seneca & exclamat: *Illum tu otioſum vocas, qui* CORINTHIA, *paucorum furore* PRETIOSA, *anxiâ ſolicitudine concinnat, & maiorem dierum partem in* ÆRVGINOSIS LAMELLIS *conſumit?* Corinthià pretioſa, explico vaſa & numiſmata ex ęre Corinthio, quæ in loculis aptè & ordine diſponebantur ab Antiquariis: lamellas verò æruginoſas interpretor alios ex ære vulgari nummos, quorum inſcriptiones, rubigine obductæ, arte diſcutiebantur. Ad Quæſitum Philoſophi reſponderunt viri docti ſuperioris ſæculi, & huius noſtri; deque vtilitate ſtudij veterum numiſmatum Claudius Chifletius, patruus meus (qui è viuis exceſſit Dolæ
An. 1580. Sequanorum M.D.XXC. XVII. Kalend. Nouembris)
Lib. de Antiq. Numiſm. c. 3. ita loquitur: *Qui Romanæ Reipublicæ ſtudio tenetur, quâ nulla vmquam in terris maior, nulla pluribus virtutum vitiorumq; documentis fœcundior; & fortè in ſcrinium deducatur præſtantis alicuius viri hoc nummorum genere inſtructiſſimi; Dij boni! quas ſua-*

*uitates,*

*uitates, quos fructus ex hac contemplatione percipiet! dum hinc Consulares nummos, Triumphales, Dictatorios; inde Triumuirales, Imperatorios, Consecratorios, & Peregrinos digestos, ac in seriem lineamq́; dispositos aspiciet; dum vultum ex vultu comparabit; dum mores ex oris cuiusque lineamentis colliget, & bonos à melioribus, optimos à nequissimis & postremissimis segregabit ac distinguet. Certè si aliorum gaudium meo metiri liceat, fatebor ingenuè, nihil mihi vmquam gratius contigisse, quàm cùm aliquando clarissimorum virorum beneficio, mihi huiusmodi* NVMMORVM *aspectu frui datum est. Magna enim vtilitas ex hoc studio accedit Antiquitatis cognitioni, & verior ac certior Fastorum series ordinatur.* Tum alio loco: *Quòd si quis vanas esse huiusmodi occupationes & inquisitiones* NVMISMATVM *existimet; is non aliud à me responsum feret, quàm pulchrum esse vel* AVGVSTI CÆSARIS *exemplum imitari, quem huius* NVMMORVM *generis percupidum fuisse indicio est, quòd (vt Suetonius de eo scripsit) amicis munera diuiserit* OMNIS NOTÆ, *etiam veteres Regios ac Peregrinos. Sint sanè aliqui huius studij contemptores, & in suâ sibi placeant merce; non deest tamen hodie honoratorum eruditorumq́; magna copia, qui in hoc* VETERIS MONETÆ *officio versantur industriè;* Cap. 4.

*quorum*

*quorum præclara ſtudia imitari mallem, quàm obſcuras aliorum negotiationes, venalis cuiuſdam ſcientiæ tectas inuolucro, vel minimis digitis attrectare.*

An. 1615. Ioannes Hemelarius Præfatione ad aurea Numiſmata Caroli Ducis Arſchotani: *Nihil domi foriſq́; aut Græca vel Romana Reſpublica geſſit, quod non orbi ſæculiſq́; ſpectandum legendumq́;* NVMISMA *exhibuerit. Nam Reges, Conſulatus, Senatusconſulta, Iani clauſas apertaſq́; fores* IN NVMMIS *leges: & poſtquam in* ROMANA RE *ad vnum cuncta conferri omnium interfuit, longo ordine venientes Principes, dein captas reſtitutaſq́; Prouincias, victorias vel triumphos non deſiderabis. Si quis religionem principis populi noſſe amat; hìc pietas picta eſt, & ſacrorum omnium ritus deſignantur: quæ ſtatuæ fuerint, hinc elucent; quæ Vaſa, Aræ, Ædes, quæ litandi ratio, quæ templorum facies, quis Augurum lituus, quæ Pontificum veſtis, quotq́; Sacerdotia, qui Ludi ſæculares, quorumq́; in ijs animalium ſpectacula, quæ Ancilia Martis, ſpoliorum ex hoſte dedicatio, funerum varietas, & poſt mortem honores delati, Principumq́; Apotheoſis, quos ipſorum iudicio & ritu, aut virtus propria, aut ſucceſſorum adulatio conſecraret. Si belli ſtudia placent: hìc vexilla exercitus, ſacramenta militum, Prætoriæ cohortes, Legionum globus, Equitum ordo, ſocio-*

*Sociorum Auxilia, Castrorum ratio, Armaturæ modus, Imperatorum iussa, concionesq́. Sin belli finis quæritur: & hisce* NVMISMATIS *Victoriæ laurus insitæ sunt; Coronæ Ciuicæ, Obsidionales, Murales, Rostratæ: Arcus triumphales, victarum gentium Regumq́ effigies & spolia: Bigæ, Quadrigæ, pardorum, leonum, & id genus animalium coniuges currus: efficta fluminum, Prouinciarũ ferarumq́ simulacra: dicata Securitati publicæ, Felicitati temporum, Æternitati rerum Templa visuntur. Denique quidquid de potenti ac primario populo celebrari potuit, aut de tantis rebus gestis ignorari à posteris haud decebat, in æternis* NVMISMATVM *tabulis seruatur. Inclusum itaque* NVMMIS *nobile fuisse Historiarum opus, & quod solum, etiamsi reliqua præclarissimorum ingeniorum monumenta intercidissent, stare aduersus annorum edacitatem temporumq́ iniurias potuisset, sat superq́ confirmaui.*

Accedit alia Numismatum vtilitas, ab illis quantumuis doctis Scriptoribus prætermissa; quòd nempe, characteribus temporum indubitatis, sepulchrorum ac thesaurorum æuum & vetustatem ostendant. Exempla in promptu: Anno M.DC.VII. inter Alostum & Teneramundam, Flandriæ oppida, in vico Mespelariâ, rusticus homo MILLE SEXCENTA plus minùs Anno 1607.

AVREA NVMISMATA fodiendo reperit. Erant ex iis nonnulla Domitiani & Traiani, sed pleraque Hadriani, Matidiæ, Sabinæ, L. Ælij, Antonini Pij, Faustinæ, M. Aurelij, Faustinæ minoris, L. Veri, & Lucillæ. Vnicum in tanto numero Commodi Cæsaris adhuc imberbis, cum hac circum caput inscriptione: COMMODO CÆS. AVG. FIL. GERM. In auersâ autem parte: PRINC. IVVENT. Inde collegit Aubertus

In Chronic. Belg. Miræus, *thesaurum illum Marco Aurelio Philosopho imperante, eiusq; filio Commodo Cæsarem agente, hoc est, circa annum Christi* C. LXXVI. *ibi defossum fuisse.*

Anno 1631. mense Martio. Anno M. DC. XXXI. altero ferè lapide ab Antuerpiâ, in vico Womelgem, eruta sunt plurima NVMISMATA ARGENTEA: in his Caracallæ, Iuliæ Mammeæ, Elagabali, Alexandri Seueri, Gordiani, Philippi vtriusque, Marciæ Otacillæ, vtriusque Decij, Treboniani Galli, Volusiani, Valeriani & Gallieni: nullum autem Postumi, cuius plurima passim per Belgium ab agricolis eruuntur. Vnde coniecit laudatus Miræus, *thesaurum illum argenteum VVomelgemij circa annum* CC. LX. *ante Postumi in Galliâ Imperium fuisse defossum.*

Nos idem planè commodum assequimur ex

AVREIS

AVREIS NVMISMATIS, quæ in Childerici Regis conditorio ſunt reperta, numero centum, eoq́ue ampliùs, ſed formis dumtaxat duodenis; quarum ſequenti paginâ damus ectypa æri inciſa.

Priora duo ſunt THEODOSII IVNIORIS: in vtroque auerſo *Roma galeata ſedet, dextrâ globum crucigerum tenens, ſiniſtrâ ſceptrum*; epigraphis dumtaxat differunt. Stella vtrique impreſſa Lucifer eſt, quo deſignatur Orientis Imperium. Piiſſimum Principem orbi Chriſtiano mors inuidit Conſtantinopoli v. Kalend. Auguſti, anno Chriſti CD. L. poſtquam feliciter imperaſſet annos XLII. menſes ferè tres. An. 450.

Alia duo quæ ſequuntur ſunt VALENTINIANI III. de quo ita Proſper Aquitanus ad annum CD. XXIV. *Theodoſius Valentinianum, amitæ ſuæ filium, Cæſarem fecit, & cum Auguſtâ matre ad recipiendum Occidentale mittit Imperium.* An- In Chrō. An. 424. no CD. XXV. *Valentinianus decreto Theodoſij Auguſtus appellatur.* Romæ à militibus, Thraſila 425. Duce, in campo Martio confoſſus interiit anno Imperij XXX. Chriſti CD. LV. XV. Kal. Aprilis. Prius An. 455. numiſma auerſum præfert *figuram mulieris ſedentis, quæ crucem tenet, & ſerpentem pedibus calcat*; alterum, *Victoriam ſtantem, itemq́ crucigeram.*


Numismata aurea.
1
DN THEODOSIVS PF AVG
IMP XXXXII COS XVII PP
CONOB
2
DN THEODOSIVS PF AVG
VOT XXX MVLT XXXX
CONOB
3
DN FL VALENTINIANVS PF AVG
VOT X MVLT XX
R V
CONOB
4
DN VALENTINIANVS PF AVG
VICTORIA AVGGG
CONOB
5
DN MARCIANVS PF AVG
VICTORIA AVGGG
CONOB
6
DN LEO PERPET AVG
VICTORIA AVGGG
THCOB
7
DN LEO PERPET AVG
VICTORIA AVGGB
CONOB
8
DN ZENO ET LEO NOV CAE
VICTORIA AVGGG
CONOB
9
DN IVL NEPOS PF AVG
VICTORIA AVGGG
R V
CONOB
10
DN BASILISCVS PF AVG
VICTORIA AVGGB
CONOB
11
DN BASILISCI ET MARC P AVG
VICTORIA AVGGE
CONOB
12
DN ZENO PERP AVG
VICTORIA AVGGA
CONOB

Quintum eſt MARCIANI, qui Theodoſio in Oriente ſubſtitutus anno CD. L. poſteaquam annos ſex, totidemq́ue menſes imperaſſet, fatis conceſſit die XXVII. Ianuarij, anno CD.LVII. illud verò aureum, dum viueret, vſurpare ſolitus: *Dum in pace eſſe poſſumus, arma non induamus.* Auerſum numiſma *ſtantem* exhibet *Victoriam, quæ dextrâ crucem præfert.*
An.450.
457.

Sextum LEONIS eſt Imperatoris, qui Marciano ſuffectus anno CD. LVII. VII. Idus Februarij, *communi Senatus calculo* (verba ſunt Nicephori) *Imperator Romanorum ſalutatus eſt, & à Patriarchâ Anatholio diademate coronatus.* Suidas *feliciſſimum fuiſſe* ſcribit, *& formidabilem omnibus, tam ipſius Imperio ſubiectis populis, quàm Barbaris, ad quos eius fama peruenerat.* Poſteaquam annis XVII. imperaſſet, mortuus eſt anno CD. LXXIV. menſe Ianuario. Auerſa numiſmatis facies *ſedentem figuram cum cruce* repræſentat, geminis hinc inde ſtellis, Phoſphoro & Heſpero, Orientis & Occidentis indicibus: quia defuncto Marciano vtrumq; Imperium adeptus eſt Leo, & cuſus iſte nummus ſtatim ab eius inauguratione. Poſteà enim Maiorianũ miſit ad Imperiũ Occidentale accipiendũ. Vnde in ſubſequente Leonis monetâ vnicus Lucifer eſt impreſſus.
An.457.
Lib. 15. cap. 15.
In Excerptis.
An.474.

Septimum item numiſma eiuſdem LEONIS eſt Imperatoris, diuerſo capitis ornatu, ſed eâdem epigraphe: auerſum *Victoriam* exhibet *cum cruce ſtantem.*

Octauum ZENONIS & LEONIS IVNIO-
Anno RIS, de quibus Baronius: *Decimus octauus &*
474.n.1. *poſtremus annus* LEONIS *Imperatoris, qui numeratur Chriſti* CD. LXXIV. LEONIS *Auguſti Iunioris conſulatu aperitur, quo etiam clauditur vita ipſius ſenioris Auguſti, atq; pariter eiuſdem Iunioris Imperatoris exitus. Numerantur prioris* LEONIS *Imperij anni* XVII. *& menſes* VI. *Eius verò ex filiâ nepotis menſes tantummodò decem. Superuixit hic illi quantum ſatis eſſet, vt ampliſſimam transferret in patrem* ZENONEM *Imperij dignitatem.* Cuſum ergo oportet hoc numiſma an-
An.474. no CD. LXXIV. ante Nouembrem, quo Leo Iunior, Zenonis & Ariadnæ filius, diem obiit; poſteaquam noui Cæſaris decore contentus, Zenoni patri, nouo pietatis exemplo, propriis manibus diadema impoſuiſſet. Zeno exinde ſolus Imperium tenuit.

Nonum Numiſma IVLIVM dat NEPOTEM, qui
An. 474. Occidentis Imperium rexit ab anno CD. LXXIV.
quo Rauennæ declaratus eſt Auguſtus, ad an-
475. num CD. LXXV. quo ab Oreſte, Auguſtuli parente,

rente, pulsus, in Dalmatiam fugit, priuatusque Imperio, Salonis tandem cæsus est nonâ die Maij, anno CD. LXXX. Sic de illius exordio Marius Episcopus: *Depositus est* GLYCERIVS *de Imperio, & leuatus est* NEPOS *Imperator.* An. 480. In Chrō. ad an. 474.

Decimum est BASILISCI, Verinæ Augustæ fratris, qui Consul Constantinopoli anno CD. LXXV. *imposito sibi ipsi diademate*, Imperium arripuit, ingentemque aduersus Zenonem in Seleuciam apud Isauros duxit exercitum. Niceph. l. 16. c. 2. an. 475.

Vndecimum BASILISCI & MARCI eius filij, de quibus Candidus Isaurus: *Basiliscus* MARCVM *filium suum Cæsarem creauit, ac pòst etiam Imperatorem.* Nicephorus Callistus: ZENO *confestim Constantinopoli exceptus, primùm Ecclesiam magnam, deinde cum apparatu & comitatu maximo Imperialem Regiam ingressus est.* BASILISCVS *autem, cùm viginti menses in Romano Imperio Tyrannus fuisset, in Cappadociam moriturus missus est; atque in mansione quadam, seu militari diuersorio, cui Acusi nomen est, cum vxore & liberis interfectus est.* Aliter Anonymus editus post Ammianum: BASILISCVS *fugiens ad Ecclesiam, intra Baptisterium cum vxore & filijs ingreditur; cui* ZENO *dato Sacramento securum esse de sanguine, exiens inclausus cum vxore & filijs* Lib. 2. L. 16. c. 9. An. 477.

*intra*

*intra cisternam siccam , ibidem frigore defecerunt.*

Duodecimum , idemque vltimum numisma ZENONEM solum præfert, qui postquam menses viginti exulasset , Imperium recuperauit an-
An. 476. no CD. LXXVI. ac tandem infelici fato periit an-
491. no CD. XCI. Nicephorus de illo : *Morbo comi-*
Lib. 16. cap. 23. *tiali correptus , quòd vim eius non ferret , animam egit, Pelagij nomen in ore habens. Fertur etiam , quòd eum Ariadna coniux odisset ; cumq; epilepsiâ distenderetur , & speciem defuncti præberet, viuum adhuc ab illâ sepulchro inclusum. Alij verò tradunt, cùm ex ebrietate sensum omnem amisisset, in tumulum coniectum esse.* Computatis Basilisci mensibus, annos decem & septem in Imperio exegit Zeno; septimoque eius Imperij anno, hoc est
An. 481. CD. LXXXI. mortuus est Childericus Rex; vt adeò plus satis constet, annulum Childerici Signatorium, qui Tornaci effossus est, esse Childerici eius nominis primi Francorum Regis, non autem secundi, vel tertij. Ad rem facit Anto-
Lib. 1. Rom. Subterr. cap. 20. nius Bosius, vbi tradit, *non fuisse morem Ecclesiæ primitiuæ Christianis vsitatum, vt aurum ponerent in sepulchris, nisi quod vestibus intextum erat, vel* ANNVLORVM, *quos digitis gestabant ; vel certè* ALIQVOD NVMISMA , *quod ad* MEMORIAM TEMPORIS, *quo sepulti fuerant, addebatur ; vt in*

*in multis conditorijs cœmeteriorum fuit obseruatum.* Sic etiam ille alio loco: *In sacris cœmeterijs innumera inueniuntur sepulchra cum signo Christi; præsertim* MARII *sub Hadriano,* ALEXANDRI *sub Antonino,* CAII *Papæ sub Diocletiano, vbi* TRIA *eiusdem* DIOCLETIANI *reperta sunt* NVMISMATA. *Solebant enim primi Christiani, cùm sepelirent Martyres, eorum sepulchris addere* NVMISMA *Imperatoris, sub quo martyrium passi erant.* Exempla eadem adfert Paulus Haringhus, additque, *Fideles in tumulandis sanctorum Martyrum exuuijs, Imperatoris quoque, sub quo ijdem martyrio coronati fuerant, iuxta illos* NVMISMATA *studiosè reponere consueuisse.* Idem etiam ab Ethnicis factitatum insinuat Sebastianus Erizzo, vbi ait: *In antiquis sepulchris & funeralibus vasis* NVMISMATA *reperiri.* Et Iacobus Gutherius, *magnam plerumque* NVMMORVM *copiam in sepulchris esse conditam.* Sed id probant in primis aurei nummi in sepulchro Childerici Regis reperti; de quibus hæc ad me noster Wendelinus: *Cum* AVREO *Childerici* ANNVLO *inuenta* NVMISMATA AVREA *Imperatorum, quos Childericus habuit coæuos, plus satis ostendunt æuum istud, vtque ab illis cultus fuerit* DONIS *iste Francorum Rex.* Munerum eiusmodi mentionem facit

L. 4. c. 31.

Rom. Subter. l. 6. c. 23.

De Numism. p. 6.

Lib. 2. de Iure Maniū. c. 32.

Lib de Morib. German. Tacitus, vbi de Germanis, ex quibus Franci nostri: *Gaudent præcipuè finitimarum gentium* DONIS, *quæ non modò à singulis, sed* PVBLICE *mittuntur, electi equi, magna arma, phaleræ, torquesq́; : iam &* PECVNIAM *accipere docuimus*. Et inferiùs de Marcomannorum Quadorumque Regibus: *Rarò armis nostris, sæpiùs* PECVNIA *iuuantur*. Addi potest, à priscis Francorum Regibus Numismata eiusmodi aurea curiosè subinde fuisse asseruata. Sigebertus Claudus Coloniæ Rex, Clodouei I. consanguineus, *arcellulam habebat*, ait Gre-

L.2.c 40. gorius Turonensis, *in quâ solitus erat* NVMISMATA AVRI *congerere*. Et de Chilperico I. Fran-

L.6.c.2. corum Rege ita idem Gregorius testis oculatus: AVREOS *etiam* SINGVLARVM LIBRARVM, *quos Imperator misit, ostendit, habentes ab vnâ parte* ICONEM IMPERATORIS *pictam, & scriptum in circulo*: TIBERII CONSTANTINI PERPETVI AVGVSTI: *ab aliâ verò parte habentes quadrigam & ascensorem, continentesq́; scriptum*: GLORIA ROMANORVM. Notat

In Tiberio. Adolphus Occo fuisse numero *quinquaginta* PVROS AVREOS; neque dubito, quin longè ma-

Capitolin in Vero. iores fuerint *nummis maximis, quos in popinas iaciebat Verus Imperator, vt calices frangeret*. Eâ porrò curâ studioque seruata existimo aurea numisma-

mismata, non materiæ principalis causâ tantùm, sed etiam sacri vultus, quo impressa erant. Artemidorus ad mentem meam : *Stratonicus putabat se* REGEM *calcitrare*; *&* *progressus inuenit* AVREVM NVMISMA, *quod calcauerat. Nihil enim differebat siue* REGEM, *siue ipsius* IMAGINEM *calcitrare, aut calcare.* Lib. 4. Onciroc. cap. 33.

Ceterùm qui numismatis aureis in sepulchro Childerici Regis primus admouit manum Decanus S. Brixij, Ægidius Pattus, filio meo retulit, se illa reperisse, perinde quasi in gremio ipsius Regis collecta, & velut in marsupio putri coaceruata. Quod mihi persuasit, illa in crumenâ quapiam è zonâ Regis pependisse ex antiquo more. Suetonius de Vitellio : *Referri se in palatium passus est; vbi cùm deserta omnia reperisset, dilabentibus & qui simul erant*; ZONA *se* AVREORVM PLENA *circumdedit, confugitque ad cellulam ianitoris.* Cap. 16. Caius Gracchus Tribunus, cùm ex Sardiniâ redijt, ad Populum Romanum hæc verba habuit: *Cùm Româ profectus sum*, ZONAS, *quas* PLENAS ARGENTI *extuli, eas ex prouinciâ inanes retuli.* Gellius lib 15. cap 12. Plinius tradit, Spartacum *interdixisse castris suis, ne quis* AVRVM *haberet, vel* ARGENTVM. *Tantò*, addit, *fuit plus animi fugitiuis nostris.* L. 33. c. 3. Iussit etiam Pescennius Niger, *ne milites in* Spartianus.

ZONIS *ad bellum* AVREOS *vel* ARGENTEOS *nummos portarent, ſed publicè commendarent, recepturi poſt prælia quæ dederant; addens, liberis eorum, & vxoribus, & hæredibus certò reddendum, qui veniſſent; ne ad hoſtes aliquid prædæ perueniat, ſi quid fortè aduerſa fortuna feciſſet.* Aliam rationem adfert Lampridius hiſce Alexandri Seueri verbis: *Miles non timet niſi veſtitus, calceatus, & ſatur, & habens aliquid in* ZONVLA.

Erat ergo zona palmare dignitatis militaris inſigne, ſed inſtructa nummis: nam, vt honos parum prodeſt abſque auro, ita hoc viciſſim ſine honore; quòd nimirum artes alat, ſuſtentetque pecunioſum decus. Atque ex his coniectari licet, Childericum Regem è bello reducem, rituque barbarico & caſtrenſi ſepultum, habuiſſe ex zonâ pendulas crumenas, quibus nummi aurei & argentei continebantur. Ad rem facit Petronius Arbiter:

In Satyrico.

*Qui pugnas & caſtra petit*, PRÆCINGITVR AVRO.

Subit etiam animum alia coniectura, Childericum nempe aurum & argentum ſignatum ferre ſecum ſolitum in crumenis vel ad Xenia, vel ad largitiones in populum. De Xeniis Herodianus: *In feſto Iani, vetuſtiſſimi Italiæ Dei, cuius anno ineunte Romani feſtum diem agitant, inuicem ſe colunt,*

Lib. 1.

*colunt*, *ſalutantq́;*, *&* NOMISMATA *alter alteri, cæteraq́; omnifariàm munera miſsitant.* Numiſmata hîc cælo expreſſa crumenas Antiquorum apprimè repræſentant. Ex M. S. Goltziano.




Prius eſt Hoſtiliani, argenteum, in quo mulier ſtolata follem pecuniarium tenet. Alterum eſt Gallieni, ex eodem metallo, in quo ſtans figura marſupium zonarium oſtendit. In tertio, etiam Gallieni, femina ex cornucopiæ pecuniam effundit. Huic (eiuſdem Cæſaris) non abſimile typo numiſma Goltzius adfert cum inſcriptione: ABVNDANTIA AVG. quæ in aliis conſtanter, VBERITAS AVG. aliudq́ue ſimile Heliogabali, quem *varias nummorum aureorum formas inueniſſe, causâ largitionis*, Lampridius tradit. Trebellius Pollio de Gallieno: *Congiarijs populum molliuit.* Ille ſcilicet, qui non aliter Rempublicam regebat, quàm cùm pueri fingunt per ludibria poteſtates. In Alex. Seuero.

De Clodoueo I. Childerici noſtri filio, Turonis agente, ſic Gregorius loci Epiſcopus: *Tunc aſcenſo equo,* AVRVM ARGENTVMQVE *in itinere illo, quod inter portam atrij & Eccleſiam ciuitatis eſt, præſentibus populis* MANV PROPRIA *ſpargens, voluntate benigniſsimâ erogauit.* In Aulâ Conſtantinopolitanâ fiebat miſſio illa in populum Imperatoris iuſſu per ligaturas, quas ita deſcribit Codinus Curopalates: *Segmenta ex panno fiunt, & in ſegmento vnoquoque* NVMISMATA AVREA *quidem tria*, ARGENTEA *verò totidem, & tria* OBOLARIA *colligantes, emittunt in multitudinem, proijciuntq́; faſciculos ſeu ligaturas huiuſmodi pro eo numero chiliadum, quem Imperator præceperit.*

L. 2 c. 28.

De Officiis Aulæ Conſtantinop.

Sed redeo ad noſtra ex auro Numiſmata, in quibus duo examinanda ſuperſunt; & primum quidem, quid ſignificet illud CONOB. quod auerſis pleriſque ſubijcitur in exergo. Cedrenus, Occone referente, explicabat: C*iuitates* O*mnes* N*oſtræ* O*bediant* B*enè* R*ationi*; ſed inepto ac rudi ſenſu, vt quiuis facilè intelligit. Amicus quidam meus, vir eruditus, explicabat in familiari colloquio, CON*ſtantinopolitanum* OB*ryzum*; quod primâ fronte mihi non diſplicebat; quouſque in Occone reperi nummum auerſum Theodoſij Iunio-

In Valentiniano Iuniore.

Iunioris argenteum ſic deſcriptum: SALVS REIPVBLICÆ. CONOB. Alium etiam vidi eiuſdem Cæſaris & metalli in codice Huberti Goltzij manu delineato, vbi picta eſt Roma galeata ſedens, quæ dextrâ ſuſtinet crucigerum globum, ſiniſtrâ haſtam cum laterali ſtellâ; ſcriptumque in circuitu: VOT. XXX. MVLT. XXXX. Δ. & in exergo CONOB. ſupra nummum arte ſingulari delineatum annotauit Goltzius: AR. AR. vt oſtenderet ſe binos argenteos eius formæ vidiſſe. Quare, cùm obryzum de auro puro dicatur (nam de argento nondum legi) ſupereſt, vt illud CONOB. è communi ſententiâ interpretemur: CON*ſtantinopoli* OB*ſignatum*, ſcilicet *Numiſma*. Itemq; pari modo COMOB. CON*ſtantinopoli* M*oneta* OB*ſignata*. In priori Leonis Numiſmate à nobis exhibito legitur THCOB. quod explico TES*ſalonicæ* OB*ſignatum*. tribus ſcilicet elementis prioribus Græcis, aliis duobus Latinis, vt æuo illo lingua vtraque promiſcuè vſurpabatur. Ortelius etiam in pleriſque nummis poſteriorum Cæſarum æreis & argenteis notas PTR. & PTRS. interpretatur P*ecuniam* TR*euirenſem*, & P*ecuniam* TR*euiris* S*ignatam*. Vnde vrgebat amicus ille, *ſignatam* rectè dici *pecuniam*, non obſignatam: *obſignare* dici de epiſtolis, non de monetis. Verùm illâ

In Itinerario.

illâ ætate, quâ iam ſeneſcebat Imperium, barbariſque populis aula frequentabatur, Romanus ſermo minùs elegans erat, & duriuſculus; vt *obſignare* non ſolùm pertineret ad Epiſtolas, ſed etiam ad alia, quæ ſigno quouis notabantur, & imprimebantur, eo ſenſu quo Plautus dixit: *Obſignare cellas*, & Cicero, *Pecuniam obſignatam.*

In Caſſinâ. Pro Cluentio.

Alterum eſt, quod in aureis Numiſmatis occurrit explicandum, quid nimirum indicent ſingularia elementa, quæ in auerſis partibus circularem ſequuntur epigraphen. Fuit qui diceret annos Imperij illis deſignari; quod tamen vel vnico Numiſmatum Leonis Imp. quæ Sereniſſimus habet, exemplo falſum eſſe comperio. Hæc eſt in illis diuerſarum Inſcriptionum ſeries:

| | |
|---|---|
| VICTORIA AVCCC. A. | VICTORIA AVCCC. I. |
| VICTORIA AVCCC. B. | VICTORIA AVCCC. N. |
| VICTORIA AVCCC. C. | VICTORIA AVCCC. O. |
| VICTORIA AVCCC. Δ. | VICTORIA AVCCC. S. |
| VICTORIA AVCCC. E. | VICTORIA AVCCC. V. |
| VICTORIA AVCCC. F. | VICTORIA AVCCC. Z. |
| VICTORIA AVCCC. H. | |

Littera S eſt alphabeti decima octaua, V viceſima, Z viceſima tertia; vt palam ſit illis non denotari annos Imperij Leonis, qui fuêre dumtaxat ſeptemdecim. Ego certè notis illis fabricæ

mone-

monetalis numerum indicari existimo, vt quoties typis nouis moneta cuderetur (quod pluries fieri poterat vno eodemque anno) toties nouis nummis nouus character vt numeralis adijceretur.

## CAPVT XVIII.


*Reperti in eodem conditorio Nummi argentei plures; ex quibus quatuor sunt perforati. Præmittuntur notatu digna de Amuletis.*


AMuleta & Περίαπτα Antiqui vocabant ea, quæ gestata quouis modo malam sortem amolirentur, benignam conciliarent: atque ad alterutrum gemmis ferè vtebantur. Zachalias Babylonius, apud Plinium, *in libris, quos scripsit* Lib. 37. cap. 10. *ad Regem Mithridatem, humana* GEMMIS *attribuit fata: has non contentus oculorum & iocinerum medicinâ decorasse, à* REGE *etiam* ALIQVID PETITVRIS *dedit, & litibus iudicijsq; interposuit: in* PRÆLIIS *etiam eas* SALVTARES *pronuntiauit.* Plinius ipsemet de Iaspidibus: *Totus Oriens pro* Cap. 9. AMVLETIS *traditur* GESTARE EAM, *quæ ex ijs* SMARAGDO *similis est.* Tum de Pæderotâ, ex M. S. meo: *Si* LVNÆ *nomen ac* SOLIS *inscribatur in ijs, atque tres suspendantur è collo capillis cynocephali, vel plumis hirundinis, resistere veneficis. Iam verò quoquo modo adesse* REGES ADITVRIS: *grandinem*


*dinem quoque auertere & locustas, precatione additâ, quam demonstrant. Nunc è* SMARAGDIS *quoq;* SIMILIA *promisère, si* AQVILÆ *scalperentur, aut* SCARABÆI. *Quæ quidem scripsisse eos* [ magos ] *non sine contemptu & irrisu generis humani arbitror.* Certè Galenus noster sculptas in gemmis imagines nullam vim habere existimabat. Hæc sunt eius verba: *Proprietatem nonnulli lapidibus quibusdam testimonio suo adscribunt, qualem re verâ habet* IASPIS VIRENS; *nempe stomachum adhæsu, ventrisq; os adiuuans. Ac nonnulli quoque ipsum* ANNVLIS *inserunt, scalpuntq; in eo* DRACONEM *radios habentem; velut Rex* NECHEPSOS *memoriæ prodidit in quarto & decimo libro. Sanè huius ego quoque* LAPIDIS *abundè feci periculum: torquem enim ex huiusmodi* LAPILLIS *confectum* A COLLO SVSPENDI, *ita vt lapides os ventris contingerent. Apparebant autem nihilo seciùs prodesse, etiam si sculpturam non haberent, quam scripsit Nechepsos.* Laurentius Pignorius ita de Scarabæis: *E gemmâ lapidéve eos elaborabant, in eum videlicet vsum, vt* FILO TRAIECTOS *gestarent: cuiusmodi è sardâ vidi apud amicum meum Edmundum Brutzium, insignem rerum veterum conquisitorem.* Ego non vnicum Scarabæum, sed viginti exhibeo ex antiquis gemmis, eosque alis

Lib. 9. de Simpl. Medic facult.

In mensâ Iliacâ.


*Scarabæi*  *perforati,*













alis complicatis, opere anaglypho, ſuis quoſque emblematis in parte poſticâ inſculptis inſignes. Sardæ ſunt & Achates in longum perforatæ, vt filo traiecto vel è collo penderent, vel brachio alligarentur. Scribit Porphyrius, *Ægyptios* SCARABÆVM *in primis venerari, quòd ſit Solis animata effigies*. Plinius de iis qui pilas volunt: *Ægypti magna pars* SCARABÆOS *inter Numina colit, curioſâ Appionis interpretatione, quâ colligat* SOLIS *operum ſimilitudinem huic animali eſſe, ad excuſandos gentis ſuæ ritus.* Diogenes Laërtius in ſimili argumento docet; *Solem & Lunam deos eſſe, alterum* OSIRIM, *alterum* ISIN *appellatos; exprimere eos per* SCARABÆVM, *&* DRACONEM, *aliaq; animalia, Manethus auctor eſt in Naturalium epitome, & Hecatheus in primo de Ægyptiorum philoſophiâ libro.*

Lib. de Carn. abſtin.

Lib. 30. cap. 11.

Lib. de Vit. Philoſ.

Erant hi gemmei Scarabæi geſtamina virorum militarium, quibus robur & animum addi congreſſuris exiſtimabant, quòd negarent ſcarabæos inter feminam inueniri: vnde per inſectum illud Ægyptij ſignificabant *hominem bellicoſum & maſculâ virtute præditum, feminei neſcium conſortij.*

Orus Apollo.

Ranam etiam exhibui in imâ tabellâ, ex eminenti iaſpide perforatâ, coloris eiuſdem cum ranis ipſis; de quibus multa pollicebantur

magi;

magi; quæ, *si vera sunt*, inquit Plinius, *multò vtiliores vitæ existimentur* RANÆ, *quàm Leges.* Terebratas porrò fuisse gemmas, vt gestarentur, tradit idem Plinius, vbi de Beryllis: PERFORATOS *Elephantorum setis religant.* Addit tamen, *non oportere* PERFORARI, *quorum sit absoluta bonitas,* VMBILICIS *statim ex* AVRO *capita comprehendentibus.* Alio loco de Sardonychis: *Vtitur* PERFORATIS *vtique vulgus tantùm in collo.* L.32.c.5. L.37.c.5. Cap.6.

Ex dictis facio lucem Pomponio I C. cuius hæc sunt verba: NVMISMATVM *aureorum vel argenteorum* VETERVM, *quibus* PRO GEMMIS *vti solent, vsusfructus legari potest.* Accursius in Commentario, quem Glossam vocant, ex Ioanne Bassiano, à quo deinde alij omnes: *Erit*, inquit, *fructus in hoc, quòd* PRO GEMMIS *tamquam* MONILIA *portentur ad pectus.* Vnde videtur voluisse Pomponius, vt Numismatum veterum ex principe materiâ ratio eadem haberetur ac gemmarum; quippe quæ amuleti loco gestarentur vel perforata, vel aureo circulo inclusa, vti gemmæ. Pomponio egregiè accedit Æneas Vicus, nummographorum antesignanus; qui vbi gemmas confert cum antiquis Numismatis, luxu quodam & propter colorem dumtaxat eas ait æstimari; adulteratas æquè oculis placere ac legitimas, perpetuò à naturâ produci. E contrario L.28. ff. de Vsufr. Lib.1. in fine.

Numiſmatum raritatem & antiquitatem commendat, quæ nec Natura generare, nec ars imitari poteſt. Materiam prætereà extollit, artificium, Emblemata hiſtorica, atque ex his vtilitatem & delectationē: concluditque, Numiſmatis meritò præ gemmis nobilitatis prærogatiuam deberi. Sic etiam ad eiuſdem Iureconſulti ſenſum Ludouicus Sauotus, Nummorum peritus inſpector: *Veteres Nummi geſtabantur è collo, vt pretioſa monilia; quod fiebat aut circulo quo includebātur, aut foramine quod erat in ſummâ eorum parte. Multi enim hodieq́ reperiuntur, qui aut limbo circūdati ſunt, aut perforati.*

Parte 1. cap. 7.

In conditorio Childerici Regis reperti ſunt Nummi argentei ducenti, eoque ampliùs. Ex tanto numero in manus meas venêre, filij mei induſtriâ, quadraginta duo dumtaxat, qui Sereniſſimo à me oblati ſunt, hoc digeſti temporis ordine:


Nummus Consvlaris vnus.
Neronis vnus.
Traiani duo.
Hadriani quinque.
Antonini Pii nouem.
Favstinæ Pii tres.
Antonini Philosophi ſeptē.
Favstinæ Philosophi tres.
Avrelii Veri ſex.
Commodi duo.
Ivliæ Severi vnus.
Caracallæ vnus.
Constantii Ivnioris vnus.

Atque ex illis omnibus quatuor tantùm ſunt perforati, annis ab hinc propè mille ducentis, Hadriani nempe, Antonini Pij, Aurelij Veri & Conſtantij Iunioris, quos in tabellâ æreâ primo loco retuli.

Hadria-

*Nummj perforati*



Spartianus. HADRIANVM Cæsarem rei militaris scientissimum fuisse constat; quippe qui labantem disciplinam incuriâ superiorum Principum restituerit, numquam passus aliquem à castris iniustè abesse. Exemplo etiam virtutis suæ ceteros adhortatus, cùm vicena millia pedibus armatus ambularet, locum castris caperet, ægros milites in hospitiis suis videret, nulli vitem nisi robusto & bonæ famæ daret, nec Tribunum nisi plenâ barbâ faceret, aut eius ætatis, quæ prudentiâ & annis Tribunatus robur impleret. Dion Cassius. Monenti cuipiam vt quiesceret, respondit, *Oportere Præpositos rerum stantes mori.* Antoninus Pius Templum ei pro sepulchro constituit, & quinquennale certamen, & Flamines, & Sodales, & multa alia, quæ ad honorem QVASI NVMINIS pertinebant.

ANTONINVM PIVM, fuisse virum formâ Capitolinus. conspicuum, Historiæ Romanæ Scriptores tradunt, ingenio clarum, moribus clementem, nobilem vultu, singularem eloquentiâ nitiditate litteraturæ, præcipuè sobrium, diligentem, mitem, largum, alieni abstinentem; & hæc omnia cum mensurâ, & sine iactantiâ: nihil temporibus suis asperum fecit: Imperatorium fastigium ad summam ciuilitatem deduxit: Prouinciæ sub

eo

eo cunctæ floruerunt: nullas expeditiones obiit, nisi quòd ad agros ſuos profectus eſt, & ad Campaniam, dicens, *grauem eſſe Prouincialibus* COMITATVM PRINCIPIS, *etiam nimis parci:* & tamen ingenti auctoritate apud omnes gentes fuit; cùm in Vrbe propterea ſederet, vt vndique nuntios [MEDIVS VTPOTE] citiùs poſſet accipere. Pacem ſemper amauit, eouſque vt Scipionis ſententiam frequentarit, quâ ille dicebat: *Malle ſe vnum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes occidere.* Febre paucorum dierum ſenex conſumptus eſt, ob cuius honorem TEMPLA, SACERDOTES, atque infinita alia decreta ſunt. Victor in Epitome.

AVRELIVS VERVS triumphauit de nationibus, quæ Regi MARCOMARO ab vſque vrbe Pannoniæ, cui Carnuto nomen eſt, ad MEDIA GALLORVM protendebantur. Eo imperante ſic floruêre ARTES BONÆ, vt illam TEMPORVM GLORIAM putarent. Vendobonæ interiit maximo gemitu mortalium omnium. Denique, qui ſeiuncti in aliis, Patres ac vulgus, ſoli omnia decreuêre, TEMPLA, COLVMNAS, SACERDOTES.

CONSTANTIVS Iunior, Conſtantini Magni filius, Alexandri exemplo *totius orbis Dominum* ſe appellabat; primuſque omnium extero ritu, Ammianus l. 15.

& REGIO MORE ſe inſtituit adorari, cùm ſemper anteà ad ſimilitudinem Iudicum Principes ſalutarentur. Elatæ mentis eius indicia Numiſmatum ſeruat æternitas, in quibus ſcriptus eſt VICTOR OMNIVM GENTIVM. In litteris, quas Lib. 17. dedit ad Saporem Perſarum Regem, ſic inſcriptus legitur: *Victor terrâ mariq́; Conſtantius ſemper Auguſtus.*

Horum itaque quatuor Cæſarum Nummos Childericum Regem exiſtimo pendulos è collo propalàm geſtaſſe, vel vt eorum virtutem & gloriam æmulatione quadam imitaretur, vel certè, quòd eorum imaginibus ac geniis crederet ſe multùm iuuari. Sed cur ex argento potiùs L.33.c.1. quàm ex auro? *Color in argento*, ait Plinius, *clarior eſt, magiſq́; diei ſimilis, & ideò militaribus ſignis familiarior, quoniam is longiùs fulget.* Alia Lib. de Morib. Germanor. ratio peti poteſt è Tacito, qui ita de Germanis, Francorum noſtrorum maioribus: *Formas quaſdam* NOSTRÆ PECVNIÆ *agnoſcunt, atque eligunt: interiores ſimpliciùs & antiquiùs permutatione mercium vtuntur.* PECVNIAM *probant* VETEREM, *& diu notam*, SERRATOS BIGATOSQVE; ARGENTVM *quoque magis quàm* AVRVM *ſequuntur.*

Peculiare fuit in Macrianorum familiâ, vt omnes, tam viri quàm mulieres, ſculptum ſemper habe-

haberent Alexandrum Magnum, *quia*, inquit Pollio, *dicuntur iuuari in omni actu suo, qui* ALEXANDRVM *expreßum vel auro gestauerint vel argento.* Quod non solùm de annulis, sed etiam de Nummis intelligendum colligitur ex D. Chrysostomo, qui Antiochenos carpit, *quòd* NVMMOS ÆREOS (*νομίσματα χαλκᾶ*) ALEXANDRI *Macedonis, capiti vel pedibus circumligarent.* Vsum illum confirmant Nummi veteres non pauci, qui effodiuntur perforati. Inter argenteos meos vltra quingentos melioris notæ octodecim reperi terebratos, vel vnico foramine, vt è collo suspenderentur; vel duobus, vt brachio vel tibiæ alligarentur, aut certè vestibus assuerentur. Æreum deauratum meum Alexandri Magni, sub nomine Lysimachi Regis, quod bifore est, hîc insculpi feci, subieciq́ue argenteis quatuor perforatis, qui in sepulchro Childerici sunt reperti. Appositè ad mentem nostram Ioannes Macarius de Gemmis Basilidianis: *Quòd essent* AMVLETA, *notaui ex* NVMISMATE *insignito vnâ parte solito monstro* ABRAXÆ, *&* *ab alterâ personam habente confictam tribus capitibus; fortè Deorum, è quibus vnum videbatur Isidis esse, cuius Deæ iram reformidabant admodum Gentiles, quòd, vt credebant, exacerbata graues inferret pestes & ærumnas.*

In Quieto.

Homil. 21.

In Abraxa M.S.

Habebat Ludouicus Cõpagnus Romanus.

*nas. Addo, quòd* FORAMEN *inerat* NVMISMATI *ad traijciendum funiculum, quo ad collum gestaretur: vti & constat Veteres gestaße* APPENSA NVMISMATA, *non solùm aduersus mala, sed etiam ad bona (vt arbitror) procuranda.* Ab ipsis etiam Ecclesiæ Catholicæ primordiis mos ille Christianis vsitatus fuit. *Nec enim Martyrum dumtaxat sepulchris sacrosanctum* CHRISTI NOMEN *insculpere apud Christianos olim in more positum fuit* ( verba sunt

L.6.c.23. pag. 567. Pauli Aringhi in Româ subterraneâ) *sed &* NVMISMATA *insuper ex ære confecta hoc salutari nomine prænotata*, COLLO APPENSA *iugiter deferre consueuerant; quod vel ex eo potißimùm confirmari videtur, quia in quodam cœmeteriali tumulo, vbi venerandum Martyris corpus recondebatur*, NVMISMA *affixum* ÆNEVM, *ita planè insculptum, nouißimè adinueniri contigit:* FORAMINE *autē, quod summitati inerat, illud Martyri ad deferendum inseruiße demonstrabatur.* Iconem ex prototypo Aringhus adfert.

Surius 31. Iulij. Baronius an. 429. Constantius Presbyter in Vitâ S. Germani Episcopi Autissiodorensis: GERMANVS *vultum in terram defixit, moxq́ue* ÆREVM NVMMVM, *diuinâ, vt credo, allatum sententiâ, impreßione* CRVCIS *exsculptum inspexit, inspectumq́ue protinus à terrâ collegit, quem loco muneris* GENOVEFÆ *tràdidit, atque semper* COLLO SVSPENSVM *ob sui memoriam ferre*


ferre

*ferre præcepit: Hoc, inquit, me recedente pignus mei amoris præ oculis iugiter gestare memento. Cæterùm vniuersa alia mundialis pulchritudinis ornamenta, auri gemmarumq́; compacta fulgoribus, numquam tuis vel collo vel digitis inseri patiaris. Habeant hæc, quæ sæculo militant; quæ* SPONSA CHRISTI *adscripta es*, ORNAMENTA SPIRITVALIA *concupisce.*

Aureum Numisma Heraclij Imp. eiusque filij, aureo circulo inclusum cum anello, vt è collo gestaretur instar monilis, seruat R.P. Otho Zylius, cuius ectypum mecum communicauit hîc in tabellâ expressum: in quo notandum seriò, anellum esse ad caput crucis, ita vt auersum Numisma inuersa Cæsarum capita ostendat; manifesto indicio, non tam eorum, quàm venerandæ Crucis causâ gestatum fuisse. Baronius, qui eumdem adfert nummum, hæc habet: *Ex acceptis* CRVCIS VIRTVTE *victorijs in Oriente*, CHRISTIANA RELIGIO *fuit hoc anno mirificè illustrata.* Adieci & alium etiam ex auro meum CONSTANTII, qui fuit Heraclij ex Constãtino filio nepos, in quo foramen penè est in summo crucis, inuersumq; Cæsaris caput ob eamdem rationem. An. 627. n. 29.

Refert Thomas Bosius, monetas HELENÆ Augustæ, & inuentæ Crucis, antiquitus cusas, præsens esse remedium aduersus morbum co- Lib. 15. signo 68. cap. 12.

mitialem: & *qui hodie viuit Turcarum Rex Amurathes*, addit, *quamuis à nobis alienus*, VIM SANCTAM *illarum expertus, ſolet* EAS GESTARE: *morbo namq; eiuſmodi interdum laborat.* Sæculo quarto tres viuebant Helenæ Auguſtorum & Cæſarum vxores. Nummos illarum veteres exhibeo; vt ex vultuum lineamentis, ornatu capitum, atque titulis, diſcrimen ad oculum pateat.




Primus Nummus, repertus Veſontione, eſt Helenæ, Flauij Valerij Conſtantij cognomento Chlori vxoris, matris Conſtantini Magni; quæ cùm priùs *Helena* dumtaxat vocaretur, *Flauiæ* prænomen à viro ſuo Flauio traxit. Cur dicta ſit Auguſta, oſtendit diadema, quo cingitur eius caput;

put; & antiqui Scriptores docent. Sulpitius Seuerus: HELENA, *mater Principis* CONSTANTINI, *quæ* AVGVSTA *cum filio conregnabat*. Eusebius & Sozomenus: AVGVSTA *& Imperatrix nuncupata est, eiusq; imagine* NVMMI *signati*. Nicephorus Callistus: AVGVSTA *renunciata est, &* NVMMOS AVREOS *sub effigie suâ procudit*. Aureum edidit Ioannes Hemelarius: argentei & æreî non rarò inueniuntur; in quibus omnibus, eâ viuente cusis, *Flauia Helena* perpetuò scribitur, *Iulia* nũquam; vt mihi suspecta sit inscriptio, diu post eius obitum Romæ posita, vbi *Flauia Iulia* nuncupatur, & quidem errore facili Auctoris ipsius, qui in Helenam matrem Constantini defunctam contulerit prænomina, quibus filia eiusdem Constantini Helena, tunc vitę compos, insignita erat. Certè in epigraphe, quæ Neapoli extat in montano sedili, Constantini mater dũtaxat Helena nominatur; vt etiam in istâ, quam Romæ ad arcũ Neruæ obseruauit Philippus Winghius ὁ μακαρίτης·

Lib. 2. L. 3. c. 46. L. 2. c. 1. L. 8. c. 31. Tab. 50. Gruter. pag. 284. n. 1. 2.

DOMINÆ. NOSTRÆ. VENERABILI. HELENÆ.
AVGVSTÆ. GENITRICI. D. N. CONSTANTINI.
MAX. VICTORIS. ET. TRIVMPHATORIS.
SEMPER. AVG. ELPISTICVS. V. P.
PP. RERVM PRIVATARVM
PIETATI EORVM SEMPER DEVOTISSIMVS.

Ex MS. Aduersariis.

Albe-

An.332. Albericus ad annum CCC. XXXII. *Obijt sancta* HELENA, *mater* CONSTANTINI. *Huius discipula fuit sancta* HILDA *puella, quæ requiescit in Episcopatu Trecensi.* Hinc habemus Hildam hactenus ignotam; & prætereà annum obitus S. Helenæ, qui omnes Historicos, ipsumque Baronium latuit.

An.326. n.61. II. Nummus eiusdem est S. Helenæ, relatus à Baronio, ac deinde à Ioanne Tristano; qui partem alteram sic explicat: DIVA HELENA Tomo 3. pag.418. MATER. Alteram verò hoc modo: DIVVS CONSTANTINVS PATER AVGVSTORVM, Constantis nempe & Constantij; quorum iussu cusum Numisma, post vtriusque obitum, rectè arbitratur.

III. Helena iuuenis & formosa mulier in hoc expressa nummo, vxor est Crispi Cæsaris, qui ex illâ genuit filium, ob cuius natalitium diem Constantinus Magnus, Crispi parens, reis Lib.9. Cod.tit. De Indulg. constit.1. noxarum gratiam fecit. *Propter Crispi & Helenæ* PARTVM, ait Constantinus, *omnibus indulgemus, præter veneficos, homicidas, adulteros.* Crispi & Helenæ *partum* explico recèns natum ex vtroque filium: nam vt partus, ita & parentes (qui propriè pater & mater) à pariendo seu gignendo dicti sunt. Cap.6. n.94. Vnde Nonius Marcellus: *Parere etiam*

*etiam viros dici posse, auctor est Cæcilius.* Diademate caret Helena isthæc, quia Augusta non erat: Flauia cognominatur à viro Flauio Crispo; Maximiana, à Maximiano Herculeo, qui auum Crispi Constantium Imperij consortem fecerat; & ex cuius prole quapiam ipsa forsan orta erat. In auersâ nummi parte Sydus est octonis constans radiis: quo significatur infans velut —— *cælo demissus ab alto* Virgil. Ecl. 4.

*Cara Deûm soboles, magnum Iouis incrementũ.*

vt etiam corona laurea, quâ cingitur Sydus nouum, eius portendit diuturnitatem.

IV. Nummus ex MS. Goltziano tertij explicationem nostram firmat. In aduerso Crispus iuuenis cernitur; in auerso laurea corona, intra quam stella octo item radiorum, cum votis quinquennalibus, quæ parentes nuncuparant pro salute filioli, & speratâ eius longæuitate; quam fronde semper virente signat cælestis laurus. Alium penè similem Goltzius adfert, in quo intra coronam scriptum VOTIS X. cùm nempe iam quinquennis esset puer, qui alio labente quinquennio defunctus est.

V. & VI. Nummus ex Schedis Goltzianis pertinent ad Helenam Constantini Magni filiam, Iuliano Cæsari nuptam: ad latus enim

picti cuiusque nummi scriptum est nitidâ Goltzij manu: *vxor Iuliani*. Illa autem *Iulia* nuncupatur, vt existimo, quemadmodum aliis Constantini Magni prolibus *Iulium* prænomen attributum est, vt Crispo Cæsari, Constanti Constantioque Augustis. Vel certè dicta est *Iulia* à marito Iuliano; vt *Valeria Eutropia* à Valerio Maximiano; *Galeria Valeria* à Galerio Valerio Maximiano; *Flauia Fausta* à Flauio Constantino; *Magna Vrbica* à Magnentio, illarum coniugibus.

VII. Exilis nummus prodit è Flauissis Casp. Geuartij. In aduersâ facie legitur FL. IVL. HELENA AVG. in auersâ: GLORIA EXECTVS, pro *exercitus*, errore fabri rudioris.

Operæpretium erat Helenas istas distingui, vt noti fierent nummi, quorum *vim sanctam* commendat Thomas Bosius. Hi profectò sunt duo priores Helenæ Constantini Magni matris, quæ Dominicam Crucem diuinitus inuênit; cuius cælo assertæ mentio fit in Romano Martyrologio XVIII. Augusti, & in Græcorum Fastis XII. Kal. Iulij.

Ceterùm morem illum sacra numismata gestandi, in Ecclesiâ pridem seruatum, secutus est superiore sæculo SIXTVS V. Pontifex Maximus.

mus. Cùm enim in parietibus Ecclesiæ Latera- nensis inuenta fuissent NVMISMATA CRVCI- GERA *ex auro purissimo Christianorum Cæsarum*, THEODOSII SENIORIS, ARCADII & HO- NORII *filiorum eius*, THEODOSII IVNIO- RIS, VALENTINIANI *tertij*, MARCIANI, LEONIS, IVSTINIANI, TIBERII, MAVRI- TII, PHOCÆ, & HERACLII; *Pontifex illa Indulgentijs muniuit, atque ad* IMPERATOREM, REGES & PRINCIPES *piè gestanda transmi- sit, vt ad laudem Religionis excitarentur.* Erant illa eiusdem æui, ac penè eiusdem formæ cum iis, quæ in Childerici Regis conditorio sunt re- perta, cruce insignita omnia, & ex auro purissi- mo; vnde quanti etiam facienda sint, colligere quiuis potest.

Tom.2. Bullarij. n.73. an. 1587.



# CAPVT XIX.


## *Medalliones argentei ſemunciales ex Theſauro Treuirenſi.*

THeſauro Tornacenſi alterum, velut auctarium adiungo; in quo, tametſi minimè ſepulchrali, reperti ſunt inter alios argentei nummi Conſtantij Iunioris, ei omnino ſimiles, quem perforatum è collo geſtaſſe oſtendimus Regem noſtrum Childericum.

Auguſta Treuirorum, Belgicæ primæ metro-
Lib.15. polis (quam Ammianus Marcellinus vocat *Domicilium Principum clarum*) veteres hodieque duas oſtentat portas; quarum altera in Ædem D.Simeonis conuerſa, dicebatur olim *Porta nigra*, per quam iter erat ad Campum Martium, & ſuburbana loca antiquæ coloniæ, in quibus funebris ſupellex paſſim effodi ſolet. Altera porta angulum ciuitatis claudebat, oppoſita ruinis Amphitheatri, quà Oleuiæ riuulus, minori aquâ leniter adlabente, dextrorſum creſcit. Moles eſt (vt rudera oſtendunt) lateribus ingentibus ſtructa, & arcuatis feneſtrarum ordinibus ſubinde patens, ſpecie duarum ſibi cohærentium turrium rotundarum. Et ea quidem Romanis tempori-

poribus porta non fuit; sed postmodum (tametsi supra omnium retrò memoriam) vrbem adeuntibus patuit. Hodie, occlusa licet, nomen *Portæ veteris* retinet. Inde ad Mosellam tendentibus occurrit alia, quæ *Noua* dicitur, cui lunatum aggerem Franci apposuerant; quem cùm Cerfontanus noster reparandum curaret anno M. DC. XXXV. puella quædam inter operas An. 1635.
ligone terram fodiens, die quintâ Iunij latentem ollam offendit, penequecomminuit totam; ex quâ nummos effusos Præfectus operis colligi, & ad Cerfontanum deferri iussit. Aurei erant & Argentei, Constantinianæ familiæ omnes, quorum ectypa quamplurima communicarunt mecum harum rerum periti indagatores R. P. Alexander Wilthemius è Soc. IESV, & V. C. Ioannes Henricus Bergerotius, Dominus Bertrangiæ, cognatus meus.

MEDALLIÆ *vulgò* (inquit Ioannes Vossius) Lib. 3. de Vitijs sermonis cap. 25.
*Nomismata vetera, quæ non ampliùs in vsu, sed solùm antiquitatis causâ asseruantur, ex Latino* METALLA, *quia ex* AVRO, ARGENTO, ÆRE. Inueniuntur formæ maioris, mediæ, & minoris. Rariores sunt Medalliæ maiores, quæ apud Latinos peculiare non habent nomen; sed Italis dicuntur *Medaglioni*, Gallis *Medallons*; vnde mihi *Medalliones*.


FLIVLCONS TANSPFAVG
Æ
FELICI TAS PE RPETVA
VOT·V
SIS
FLIVLCONS TANSPFAVG
Æ
TRIVMFATOR GENT IVMBARBARARVM
SIS
FLIVL CONSTANTI VSPIVSFELIXAVG
Æ
TRIVMFATOR GENTIVMBARBARARVM
TES
FLIVL CONSTANTI VSPIVSFELIXAVG
Æ
GAVDIVM POPVLI ROMANI
SIC V SIC X
TES

*dalliones.* Quaternos è pluribus in Treuerensi Thesauro repertos produco explicoque, eâ formâ & amplitudine quâ hîc referuntur.

## I. MEDALLIO CONSTANTIS IMPERATORIS.

Gemmato cinctum diademate caput refert Imperatoris, qui FLAVIVS inscribitur, quia Flauij generis splendidissimi proles erat: IVLIVS, quòd oriundus esset ab Eutropio, qui genus ducebat ab Ænea, auctore credito Iuliæ gentis: PIVS, ex cognomine in alios Cæsares deriuato ab Antonino Adriani successore: FELIX, quòd felices vocarentur, qui apicem Imperij attigerant. Prosper Aquitanicus: Lib. de Prouid.

FELICES *dici mos est, quos blanda potestas*
*In summos apices tumidorum vexit honorum:*

AVGVSTVS denique, appellatione ab Octauio in reliquos Imperatores tralatâ.

Auersum Numisma tres exhibet sedentes Imperatores. Medius est Constantinus Magnus iam demortuus, quem Eutropius tradit *inter Diuos relatum fuisse:* quem, inquit Eusebius, *vitâ functum, pictis tabellis tamquam viuum colebant.* Diuinitatem ostendit forma corporis augustior. Ouidius de Lib. 10. Lib. 4. Vitæ c. 69.

Lib. 2. Fastor. de Romulo, quem ait post obitum apparuisse Iulio Proculo:

*Pulcher, & HVMANO MAIOR, trabeâque decorus*
R OMVLVS *in mediâ visus adesse viâ.*

In Augusto.c.94 Suetonius de Octauio, Augusti recèns nati parente: *Sequenti nocte statim videre visus est filium* HVMANA SPECIE AMPLIOREM, *cum fulmine ac sceptro, exuuijsq; Iouis Opt. Max. & radiatâ coronâ.* Illum nempe, de quo post Iulij cædem

Lib. 2. Histor. Romam aduentante sic Paterculus: *Cùm intraret vrbem*, SOLIS ORBIS *supra caput eius curuatus æqualiter, rotundatusq; in colorem arcus, velut* CORONAM *tanti mox viri capiti imponens, conspectus est.* Omen scilicet felicis Imperij in æternâ vrbe, atque post obitum diuinitatis; quam & in hoc Medallione ostendit circulus, quo cingitur Constantini caput, ritu à Christianis obseruato,

In Hagioglyptis. *ad significandum*, inquit Macarius, *mysterium æternitatis gloriæ Sanctorum, quæ rotunditate signatur.* Ostenditur denique Constantini diuinitas votis quinquennalibus ipsi nuncupatis, cum hac inscriptione ad eius pedes in subsellio: VOT. V.

Ad magni parentis dextram sedet Constans, ad sinistram Constantius, ornatu vterque Imperatorio. Ad nummi oram scriptum: *Felicitas perpetua.* quam scilicet populi sperabant ex eorum concor-

concordiâ, qui conſortes Imperij, Orbi ſimul renouaturi eſſent *Felicis tempora ſæcli.* In exergo legitur SIS, quod explico monetam Siſciæ, vrbe Pannoniæ, cuſam, in quâ erat officina monetalis.

## II. MEDALLIO, ETIAM CONSTANTIS.

Hoc numiſmate quantiuis pretij me donauit vir Ampliſſ. Chriſtophorus Binsfeltius, Regius apud Luxemburgenſes Senator. Capiti Imperatoris circumducitur diadema auro gemmiſque diſtinctum, ex quo ramulis aureis bini à tergo protenduntur vniones; illæ maris opes, quæ gemmarum loco culmen omnium tenent.

In auerſo ſtat paludatus Imperator, ſiniſtrâ ſceptrum, dextrâ labarum geſtans, cui ſignum Chriſti Seruatoris eſt impreſſum, cum inſcriptione in ambitu: *Triumfator gentium barbararum.* D. Hieronymus: FRANCI *à* CONSTANTE *perdomiti, & pax cum eis facta.* Iulius Firmicus Maternus ad Conſtantem & Conſtantium fratres: *Erigite* VEXILLVM FIDEI*: vobis hoc diuinitas reſeruauit, cuius fauore eminentes*, PROSTRATORES *eſtis* OMNIVM HOSTIVM *veſtrorum, quorum operâ Romanorum infirmabatur Imperium.* SIGNVM *venerandæ* CRVCIS *erigite, ſancite, promulgate, quod proſit. Sit fauſtum felixq́; Reipublicæ,*

In Chrō. an. 345. Lib. de Myſter. & Error. prof. Relig.

*quòd tot aceruos* CÆSORVM HOSTIVM PROSTRAVISTIS *exercitu*; FELICES *vos quoque gloriæ ac voluntatis suæ* DEVS *fecit esse participes. Idololatriæ excidium, & profanarum ædium ruinas propitius* CHRISTVS *populo* VESTRIS MANIBVS *reseruauit. Ille spiritualibus armis malos spiritus, vos mala terrena vicistis. Erigite* VICTORIÆ TROPHÆA, *& proferatur ingens* TITVLVS TRIVMPHORVM. Mox post nonnulla: STRATI *sunt aduersantium* CVNEI, *&* REBELLANTIA *ante conspectum vestrum* ARMA *ceciderunt.* Tum denique: *Post excidia templorum in* MANVS DEI *estis virtute prouecti; propagastis Imperium, & vt virtutibus vestris* GLORIA *maior accederet, mutato ac contempto temporum ordine, hyeme ( quod nec factum est aliquando, nec fiet ) tumentes ac sæuientes* VNDAS *calcastis* OCEANI: *sub remis vestris incogniti iam nobis penè maris vnda contremuit, & insperatam* IMPERATORIS FACIEM *Britannus expauit. Quid amplius vultis? virtutibus vestris* VICTA ELEMENTA *cesserunt.*

Alium vidi Medallionem eiusdem magnitudinis & figuræ, sed in cuius vexillo pictus est circulus, & in exergo scriptum: TR. quod ex monetali Treuirorum officinâ prodiisse signat. Notitia Imperij Occidentis: *Procurator Monetæ Treui-*

*Treuirorum.* Trebellius Pollio de Victoriâ seu Victorinâ: *Cusi sunt eius nummi æri, aurei & argentei, quorum hodieq; forma extat apud Treuiros.* Notat præterea Ioannes Hemelarius extare nummos quarti sæculi, inscriptos: IIIVIRI MONETÆ TREVERICÆ. Alium eiusmodi Medallionem vidi, qui habet in exergo: TES. quod Tessalonicæ numisma signatum notat. In 30. Tyrannis. Tab. 52.

## III. MEDALLIO CONSTANTII IMP.

Imperatoris imago thorace tenus expressa est, cum fibulato paludamento, quod celebrat Iulianus Cæsar. Sic autem Constantium describit Ammianus: *Figurâ tali, situq; membrorum, luce oculorum editâ, cernensq; acutum; molli capillo, rasis assiduè genis lucentibus ad decorem: vsque adpubem ab ipsis colli confinijs longior, breuissimis cruribus & incuruis; vnde saltu valebat & cursu.* Orat. 2. Lib. 21. in fine.

Erectâ explicatâque dextrâ ostendit Constantius armillas gemmis vmbilicatis præfulgentes, more Iudæorum Regibus vsitato. Liber secundus Regum de Saüle occiso: *Tuli diadema, quod erat in capite eius, &* ARMILLAM *de brachio illius.* Lucifer Calaritanus ad Constantium: *Debemus vereri Regni tui diadema, inaurem etiam, &* DEXTROCHERIA; *debemus insignes, quas censes, ve-* Cap. 1. Lib. De non parcendo in Deum delinquent.

*ſtes tuas honorare.* Viderat illum Calaritanus Imperatorio cultu ornatum, cùm à Liberio Papâ Legatus ad eum miſſus eſt. Dextrocherium, hybrida vox, armilla eſt brachij dextri; vnde Plinius *Dextrale* vocat, quod Iſidorus dicit *tam viris quàm feminis fuiſse commune:* quamquam Liuius Sabinos armillas in ſiniſtrâ geſtaſſe teſtetur: *Vulgò Sabini* AVREAS ARMILLAS *magni ponderis* BRACHIO LÆVO, *gemmatoſq; magnâ ſpecie annulos habuerunt.* Cœlius Rhodiginus vocat *Pericarpia*, quòd carpo circumducantur, in quem Medici pulſum exploraturi manum mittunt.

Plin.l.28. cap.7. Iſidor.in Gloſſis. Lib.1. L.8.c.13.

Siniſtræ manus volâ globum ſuſtinet Conſtantius, *qui dictando ſcribendoq; propriâ manu*, ORBIS TOTIVS *ſe* DOMINVM *appellabat*, vt Ammianus loquitur; qui ſic etiam de omnibus, quæ mortem eius præceſsêre: *Nondum penitus merſus in ſomnum, vmbram viderat patris obtuliſſe pulchrum infantem; eumq; ſuſceptum & locatum in gremio ſuo, excuſsam ſibi proieciſſe longiùs* SPHÆRAM, *quam ipſe dexterâ manu geſtabat.*

Lib.15. Lib.21.

In parte poſticâ ſtat Tribunus militaris, gemmato cingulo conſpicuus, qui ſiniſtrâ demiſsâ clypeum tenet, dextrâ verò labarum fimbriatum, in quo circulus eſt impreſſus. Pierius Valerianus:

lerianus: *Vnus circulus descriptus aut simpliciter, aut alteri cuipiam picturæ, signóve circumductus, nunc* SEMPER, *nunc* PERPETVVM, *&* ÆTERNVM, *nunc* OMNIA, *quippe τὸ πᾶν significabat: nempe quòd in eâ figura neque principium, neque finem inuenire sit; quod* ÆTERNITATIS *est proprium: & quia omnium est figurarum capax,* VNIVERSITATEM *ipsam intra se continere videtur.* L.39 c.7.

Ad Nummi oram scriptum, vt in secundo: *Triumfator Gentium barbararum.* Eumenius Rhetor ad Constantium: *Tot excisæ vndique* BARBARÆ NATIONES, *tot translati Romam cultores, prolati limites, tot prouinciæ restitutæ; hæreo prorsus ac stupeo.* Eutropius de eodem Constantio: *In Gallijs & militum & prouincialium insigni fauore regnabat,* CÆSIS FRANCIS *atque* ALEMANNIS, *captisq; eorum Regibus, quos etiam bestijs, cùm magnificum spectaculum muneris parasset, obiecit.* Rursum Eumenius ad eumdem Cæsarem: *O victoria multiiuga, &* INNVMERABILIVM TRIVMPHORVM, *quâ* BRITANNIÆ *restitutæ, quâ* GENTES FRANCORVM *penitus excisæ, quâ* MVLTIS *prætereà* GENTIBVS, *in coniuratione illius sceleris deprehensis, imposita est necessitas obsequendi.* Ammianus denique de illo eodem: *Concluso Iani templo, stratisq;* HOSTIBVS Paneg. Si mihi. Lib. 10. Lib. 16.

CVNCTIS, *Romam gestiebat visere post Magnentij exitium absque nomine, vt pompam minùs extentam*, RIGENTIAQVE AVRO VEXILLA, *&* *pulchritudinem stipatorum ostenderet agenti tranquilliùs populo.*

Alium Constantij Nummum vidi eiusdem magnitudinis & metalli, sed cum imagine non thoracatâ. In exergo scriptum erat A Q. hoc est Aquilææ. Quo loco & alium vidi cusum, sed cum sacro Christi monogrammo in labaro.

## IV. MEDALLIO eiusdem CONSTANTII.

Hunc seruat R. P. Otho Zylius, sed fractum rutro ad oram dextram. In eo, vt in aliis benè multis, corona laurea symbolum victoriæ. Vnde Sat. 10. Iuuenalis triumphantem describit:

*In tunicâ Iouis, & pictæ sarrana ferentem*
*Ex humeris aulæa togæ,* MAGNÆQVE CORONÆ
*Tantum* ORBEM, *quanto ceruix non sufficit vlla.*

Lib. 23. Ammianus de Iuliano Constantij successore: *Saracenorum Reguli gentium genibus supplices nixi, oblatâ* EX AVRO CORONA, *tamquam* MVNDI *nationumq; suarum* DOMINVM *agnouerunt.*

Circum coronam in nummo scriptum: GAVDIVM POPVLI ROMANI; quæ verba sunt acclamationis, quâ publicam lætitiam plebs testabatur.

batur. Plinius Traiano: *Diem in quem tutela generis humani felicissimâ successione translata est, debitâ religione celebrauimus, commendantes dijs, Imperij tui auctoribus, &* VOTA PVBLICA *&* GAVDIA. Eumenius ad Constantium: *In ipso, Cæsar,* TVO VVLTV *videbant omnium signa virtutum, in fronte grauitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiæ, in sermone iustitiæ. Quæ singula vt respectantes agnouerant,* LÆTITIÆ CLAMORIBVS *concinebant, vobis se, vobis liberos suos, vestris liberis omnis generis sui posteros deuouebant.* Symmachus ad Honorium: ACCLAMATIONIBVS, *quæ subiectæ sunt,* GAVDII SVI *causas plebs Romana testata est.* Corippus de Iustino: Lib.10. Epist. In Paneg. Epist. 31. Lib.1.

— *sic vulgus* AMORE
*Vndique conueniens,* LÆTARVM *more volucrum,*
TV VINCAS, *Iustine,* CANVNT.

Intra coronam scriptum est: SIC. V. SIC. X. hoc est, SIC QVINQVIES. SIC DECIES. Vocula SIC in votis ac precibus frequenter fuit vsurpata & ingeminata. Tibullus ad Phœbum bis:

*Annue;* SIC *tibi sint intonsi,* PHOEBE, *capilli,* Lib.2.
SIC *tua perpetuò sit tibi casta soror.* Eleg.5.

Ad Bacchum bis: Lib.3.

*Candide* LIBER *ades:* SIC *sit tibi mystica vitis* Eleg. vlt.
*Semper:* SIC *hederâ tempora cincta feras.*

Mar-

Lib. 4. Epig. 45. Martialis ad Phœbum ter:

*Fac rata vota patris:* SIC *te tua diligat vxor:*
GAVDEAT *& certâ virginitate soror.*
*Perpetuo* SIC *flore* MICES: SIC *deniq; non sint*
*Tam longæ Bromio, quàm tibi,* PHOEBE, *comæ.*

Lib. 5. Eleg. 3. Ouidius ad Auguſtum ter:

SIC *habites terram*; SIC *te desideret æther*;
SIC *ad pacta tibi sydera tardus eas.*

Lib. 2. de Ponto. Eleg. 8. Ad Liuiam quater:

SIC *tibi vir sospes*; SIC *sint cum prole nepotes*;
*Cumq; bonis nuribus, quas peperêre nurus.*
SIC *quem dura tibi rapuit Germania, Drusus,*
*Pars fuerit partus sola caduca tui.*
SIC *tibi maturè fraterni funeris vltor,*
*Purpureus niueis filius instet equis.*

In hoc autem Medallione vocula SIC oſtendit quoties, præcone verba præeunte, acclamatum à plebe fuerit, *Gaudium populi Romani*; vti Claudio Principi apud Trebellium Pollionem: In Claudio.

*Auguste Claudi, Dij te nobis præstent.*

DICTVM SEXAGIES.

*Auguste Claudi, Principem te, aut qualis tu es, semper optauimus.*

DICTVM QVADRAGIES.

*Claudi Auguste, te Respublica requirebat.*

DICTVM

DICTVM QVADRAGIES.

*Claudi Auguſte, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus Senator, tu verè Princeps.*

DICTVM OCTVAGIES.

*Claudi Auguſte, tu nos ab Aureolo vindica.*

DICTVM QVINQVIES.

*Claudi Auguſte, tu nos à Palmyrenis vindica.*

DICTVM QVINQVIES.

*Claudi Auguſte, tu nos à Zenobiâ & à Victoriâ libera.* DICTVM SEPTIES.

*Claudi Auguſte, Tetricus nihil fecit.*

DICTVM SEPTIES.

Eodem modo, poſtquam Tacitus, Senatus auctoritate delectus Imperator, ætatis vteretur excuſatione, acclamatum eſt: Vopiſcus in Tacito.

*Et Traianus ad Imperium ſenex venit.*

DIXERVNT DECIES.

*Et Adrianus ad Imperium ſenex venit.*

DIXERVNT DECIES.

*Et Antoninus ad Imperium ſenex venit.*

DIXERVNT DECIES.

*Et tu legiſti: Incanaq; menta Regis Romani.* Apud Virg. 6. Æneid.

DIXERVNT DECIES.

*Et quis meliùs, quàm ſenex imperat?*

DIXERVNT DECIES.

*Imperatorem te, non militem facimus.*

DIXERVNT VICIES.

*Tu iube, milites pugnent.*

DIXERVNT TRICIES.

*Habes prudentiam, & bonum fratrem.*

DIXERVNT DECIES.

*Seuerus dixit, caput imperare, non pedes.*

DIXERVNT TRICIES.

*Animum tuum, non corpus eligimus.*

DIXERVNT VICIES.

Et illo quidem modo variabatur acclamationum numerus, vt in huius Conſtantij nummis argenteis apparet; cuius etiam vnum minoris formæ vidi cuſum Treuiris, in quo legitur, SIC X. SIC XX. atque alium mediæ magnitudinis ſignatum SISCIÆ, in quo ſcriptum, SIC XX. SIC XXX. ſurrectis hinc inde ad inſcriptionis latera duabus palmis. Hæ formulæ acclamationum in Acta publica referebantur, è quibus illas deſumpsêre rerum geſtarum Scriptores. Sed in nummis expreſſas fuiſſe, Antiquariorum paleſtræ nondum innotuerat. Triſtanus ſimilem Conſtantis medallionem ita explicat, vt illæ notæ SIC V. SIC X. ſignificent SICVT QVINQVENNALIA, SIC DECENNALIA. Sed quàm rectè, viderint eruditi numiſmatum explanatores.

Tom. 3. pag. 607.

Abſol-

Absoluo laudabili monito Philippi Beroaldi, qui Cornelium Tacitum typis excusum primus Orbi dedit: Ille *pulchrum asserebat, congerere* NVMISMATA *illustrium virorum; pulchrius*, BIBLIOTHECAM *librorum monumentis illustrare; pulcherrimum verò, vtrumque conficere.* Romæ, an 1515.

## CAPVT XX.

TORNACVM *meritò* CIVITAS REGALIS *dictum, Regum habitatione, sepulturâ, munificentiâque illustre.*

PRiusquam manum de tabulâ, regijs Childerici Cimeliis istud alterumque caput, vmbilici loco, placet annectere, in gratiam perillustris atque antiquissimæ Ecclesiæ Tornacensis, quæ Præsule Illustrissimo Francisco VILLANI DE GANDAVO, hodieque mediis bellorum salebris, priscæ sanctitatis instituta alacriter æmulatur.

S. Audoënus, Rothomagensis Episcopus, de S. Eligio: *Aurificem inuitum detonsum constituunt custodem vrbium, seu municipiorum, quorum hæc sunt vocabula:* VEROMANDVENSIS, *quæ est metropolis vrbis:* TORNACENSIS, *quæ* QVONDAM *fuit* REGALIS CIVITAS: *Nouiomensis & Flandrensis; Gandensis, atque Curturiacensis.* Hoc loco In eius Vitâ l. 2. cap. 2.

particula *quondam*, Gallicè *iadis*, seu *iam diu*, complectitur ætates Regum antiquorum, qui Tornacum incoluerunt ante tempora S. Audoëni, qui floruit sub Dagoberto I. Rege, & Clodoueo II. eius filio, hoc est sæculo septimo. Illæ autem ciuitates propriè dicebantur Regiæ & Regales, quæ capita Regnorum magis illustria, Regumque sedes, cathedræ, solia. Rorico de
Lib. 1. Clodione Rege: *Ingreßus* AMBIANORVM *vrbem, ibidem &* REGNI SEDEM *statuit.* Idem de Meroueo Rege: *In eâdem* AMBIANORVM *ciuitate* REGALI SOLIO *sublimatur.* Tum de Childerico nostro Merouei filio: *Cùm ad* SOLVM PROPRIVM, *hoc est*, AMBIANORVM *vrbem remeare cuperet, febre correptus spiritum*
Lib. 2. cap. 34. *exhalauit.* Gregorius Turonensis de Clodoueo I. Childerici nostri filio: *Egreßus à Turonis*, PARISIVS *venit, ibiq;* CATHEDRAM REGNI *constituit.*
Cap. 30. Fredegarius de quatuor Clodouei filiis: *Sortitus est* SEDEM *Theudericus* METTIS, *Clodomeres* AVRELIANIS, *Childebertus* PARISIVS, *&*
Cap. 55. *Clotharius* SVESSIONIS. Idem Scriptor de quatuor filiis Clotarij: *Dedit sors Chariberto Regnum Childeberti*, PARISIVS SEDEM *habens*; *Guntranno verò Regnum Clodomeris*, SEDEM *habens* AVRELIANIS; *Chilperico Regnum Clotarij patris eius*,

*eius*, CATHEDRAM *habens* SVESSIONIS; *Sigeberto quoque Regnum Theuderici*, SEDEM *habens* METTIS. Gregorius Turonensis de Chilperico I. Rege: *Ad Francos vlteriores* (ita lego, non vtiliores) *petijt, ipsosq́ muneribus mollitos sibi subdidit; & mox* PARISIVS *ingreditur*, SEDEMQVE *Childeberti Regis occupat.* Gesta Dagoberti I. Regis: *Sigebertum filium suum in Regno Austriæ sublimauit*, SEDEMQVE METTIS *ciuitatem habere permisit.* Vita Sigeberti Regis, Dagoberti filij: *Sepultus est in vrbe* METTIS, *quæ Regni sui* SEDES *fuerat.* Lib. 4. cap. 22. Cap. 31.

Apud Turonensem lego, Ragnacarium fuisse Cameraci Regem, Sigebertum Coloniæ: sed Tornaci proprium Regem in antiquis Francorum Historiis non inueni. Vnde ergo *Tornacum* à S. Audoëno *Ciuitas Regalis* dictum? Iam ostendo. Non vna Regum sedes, sed plures erant; & quæ aliis eminebat, SEDES PRIMA dicebatur. Nithardus de dissensionibus filiorum Ludouici Pij: *Aquis Palatium, quod tunc* SEDES PRIMA *Regni Franciæ erat.* Hymnus perantiquus de Aquisgrano: L. 2. c. 40. & 42. Apud Petrum Beeck Aquisgran. c. 1.

*Vrbs Aquensis* VRBS REGALIS,
*Regni sedes principalis*,
PRIMA *Regum* CVRIA.

Ligurinus de Arelate, Regum Burgundiæ primariâ ſede:

*Quæq́ʒ* CAPVT REGNI, SEDESQVE *fuiſſe vetuſti*
*Fertur* ARELATVM, *priſcorum* GLORIA REGVM.

Si accedamus ad Reges primæ ſtirpis, eos etiam certum eſt plures habuiſſe Regni ſedes: Sigeberto enim Clotarij I. filio *dedit parens* (ſcribente
L.4.c.22. Gregorio Turonenſi) *Regnum Theoderici*, SEDEMQVE *habere* METTENSEM. de quo tamen
Cap.29. ſic Geſta Regum Francorum: *Sigebertus Regnum Theuderici accepit, & SEDEM habere* REMIS *ciuitatem conſtituit*. Rorico etiam: *Theodorico, quem*
Lib.4. *ex concubinâ genuerat*, REMIS *ciuitatem*, *atque* CAMERACVM *indulſit*; vt geminas in Regno ſuo ſedes habuerit Sigebertus, primariam Metenſem, alteramque Remenſem, quam Regni Metenſis fuiſſe ciuitatem clarè colligitur ex Gre-
L.4.c.23. gorio, qui ſic de Sigeberto eodem: *Chilpericus frater eius* REMOS *peruadit, & alias ciuitates, quæ ad eum pertinebant*. additque poſt nonnulla: *Quo victo, atque fugato* [Chilperico] *Sigebertus* CIVITATES SVAS *in ſuam dominationem reſtituit.*

De Regij ſtemmatis ſuperioribus gradibus
L.1.c.7. Baldericus Epiſcopus, vbi de S.Remigio: *Fauente igitur Rege* CLODOVEO, *per Dei prouidentiam ordinatum Epiſcopum* [Vedaſtum] *ad euan-*

*euangelizandum* CAMERACO *&* ATREBATO *dirigit vrbibus. Liquet ergo, quòd Rex iste* [Clodoueus] *quantò impensiùs* PATERNAS SEDES *amauerat, tantò probabilioris vitæ pastorem eò loci delegauerat: ibi enim*, PRÆTER CETERAS SEDES, *speciatim versabatur; ideoq; maiori gratiâ ductus, pastorali regimine Parochiam ditare conabatur.* Ex quibus etiam patet, Childericum Regem, eiusque filium Clodoueum plures habuisse Regias sedes.

Quod ad Tornacum attinet, ante tempora Audoëni, priscis Regibus frequentatum satis constat, atque adeò Regalem fuisse ciuitatem inter primas, si non primariam. Sigebertus enim An. 445.
de Clodione Rege: *Carbonariam siluam ingressus, vrbem* TORNACVM *obtinuit; & inde vsque ad vrbem* CAMERACVM *properauit, vbi pauco tempore residens, Romanos, si quos ibi inuenit, peremit.*
Guillelmus Britto in Philippide: Lib. 9.

*Vrbs erat & rebus, & ciue superba potenti,*
*Nomine* TORNACVM, *Scaldi contermina ripæ,*
*Quam Gentilis adhuc, Rheni transgreßus abyßu*
CLODIVS *in gladio* PRIMVS *poßedit, & arcu.*

Hinc Fauchetus libro de Dignitatibus: *Non*, inquit, *repugnat veritati*, CLODIONEM *Regiam sedem suam habuisse* TORNACI, ATREBA- Cap. 5.

TI,

TI, & CAMERACI, *postquam vrbes illas suæ subiecit potestati*. Multò minùs repugnat, Childericum I. Regem Tornaci domicilium habuisse; cùm & ibidem sepultus sit magnâ pompâ, atque apparatu: si enim Tornacum Regalis Childerici ciuitas non fuisset, nihil vetabat eius corpus in aliam, quæ ad ipsum attinuisset, transferri; vt de aliis Regibus factitatum legitur. Ego certè existimo, non ignoratum ab Audoëno Childerici reliquias Tornaci conditas fuisse; nec eum latuisse funus adeò magnificè curatum: sed quia gentilis obierat, illud datâ operâ prætermisit sanctus Episcopus idolomaniæ oppugnator; perinde atque Scriptores omnes alij Christiani & antiqui, qui sepulchra Regum ethnicorum Pharamundi, Clodionis, Merouei, & Childerici etiam nostri missa fecerunt, ac Regum Christianorum dumtaxat indicarunt.

Balder. lib. 1. c. 7. Clodoueus I. Childerici filius *paternas sedes amabat, & Atrebati*, PRÆTER CETERAS SEDES, *speciatim versabatur*. Verbis illis: *Præter ceteras sedes*, Tornacum, vt antè dixi, comprehendi innuunt Gregorius & Fredegarius, vbi tradunt, CLODOVEVM *nauigare solitum per Scaldim fluuium*; ad quem situm est TORNACVM. L. 1. c. 40. cap. 28.

Chilpericus I. Clodouei nepos Tornaci diu habi-

habitauit. Gregorius Turonensis: CHILPERICVS *verò cognoscens, quòd iterùm Guntchramnus cum* SIGIBERTO *pacificasset, se intra* TORNACENSES MVROS *cum vxore & filijs communiuit.* Papirius Massonus: *Chilpericus* TORNACVM *profugerat, quæ est* CIVITAS NERVIORVM, *vxorem & liberos secum habens.* Rursum Gregorius: CHILPERICVS *autem in ancipiti casu defixus, in dubium habebat an euaderet, an periret, donec ad eum Missi veniunt, de fratris* [Sigeberti] *obitu nuntiantes. Tunc egressus à* TORNACO *cum vxore & filijs, eum vestitum apud* LAMBROS *vicum sepeliuit.* Vicus est haud procul à Duaci muris, quem Baldericus vocat *Lambras villam.* Lib.4. cap.45. Lib.1. Annal. Cap.46. L.2.c.21.

*His ita gestis,* SAMSON *filius Chilperici Regis iunior à dysenteriâ & febre comprehensus rebus humanis excessit. Hic verò, cùm Chilpericus Rex apud* TORNACVM *à fratre obsideretur,* NATVS EST; *quem mater ob metum mortis à se abiecit, & perdere voluit: sed cùm non potuisset, obiurgata à Rege, eum baptizari præcepit: qui* BAPTIZATVS, *& ab ipso Episcopo* SVSCEPTVS, *lustro vno, nec perfecto, defunctus est.* Gregor. Turon. l.5.c.23.

Fortunatus in Vitâ S. Medardi Nouiomensis ac Tornacensis Episcopi: *Rex* SIGEBERTVS, *cùm fratrem suum,* CHILPERICVM *nomine, apud* 8.Iunij.

*vrbem* TORNACVM *obſidere diſponeret, apud* VICTORIACVM *Fredegundis Reginæ verſutiâ interemptus eſt.* Victoriacum, vulgò *Vitry*, vicus eſt in pago Atrebatenſi, altero lapide à Duaco. Poſtmodum idem ille Chilpericus Regiâ planè munificentiâ in Eccleſiam Tornacenſem beneficus fuit, vt liquet ex hoc eius præcepto, quod Philippus Rex, cognomento Pulcher, auctoritate ſuâ confirmauit ipſiſſimis hiſce verbis:

Ex Archiuo vrbis Tornacenſis.

PHILIPPVS *Dei gratiâ Francorum Rex, notum facimus vniuerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quòd* NOS *litteras quaſdam* SIGILLO *inclytæ recordationis* HILPERICI *quondam Regis Franciæ, in eiſdem* IMPRESSO *litteris, intus & foris ſine laqueo, cuius character eſt* DIMIDIATA HOMINIS IMAGO, *cum* PILEO *in capite, cuius litteræ ſunt in circumferentiâ:* HILPERICVS REX FRANCORVM, *ſigillatas vidimus in hæc verba; diphtongis tamen in eiſdem ſcriptis litteris, in præſenti tranſcripto non expreſſis.*

IN NOMINE *Omnipotentis* DEI *& Saluatoris noſtri* IESV CHRISTI, HILPERICVS *Diuinâ præueniente gratiâ* REX FRANCORVM. *Quantò alios Regiâ celſitudine præcellimus, tantò Chriſtum honorare, & eius Eccleſiam impenſiùs volumus; & in Chriſti repetitionibus Sacerdotum,*

*&*

*& Pontificum, vel seruorum Dei, quæ pro eorum utilitatibus pertinent, libenter præstamus, vel concedimus; & hoc nobis ad laudem, vel stabilitatem Regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Idcircò noscat omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorum quoque, præsentium scilicet, & futurorum humilitas, seu magnitudo, quòd* NOS *Apostolico viro, Domno* CHRASMARO, *Nouiomagensis vel* TORNACENSIS *vrbis Episcopo*, THELONEVM *de nauibus super fluuio* SCALT, *qui pertinet ad* FISCVM TORNACVM, *tam vltra, quàm & citra decursum, de quolibet commercio, seu & de* CARRIGIO, *vel de* SAGENIS; *nec non de* PONTE *super flumen* SCALT; *vel de omnibus venalibus, vbicumque vendantur, seu intra muros, seu in appendicijs murorum prædictæ ciuitatis, vndecumque* THELONEVS *exigitur, sicut* FISCVS NOSTER, & REGIA POTESTAS *vendicare potest; necnon &* IVSTITIAM *de eodem* THELONEO, *sicut eam liberè poßidemus, ad* ECCLESIAM *ipsius Pontificis Domni* CHRASMARI, *quæ est in honore Beatæ* MARIÆ *in ipso* TORNACO *constructa, in stipendijs Canonicorum eiusdem Ecclesiæ promerendis, nostri augmentum, plenè & integrè nostrâ gratiâ visi fuimus conceßisse. Quapropter per hoc* PRÆCEPTVM *specialiùs decernimus pro*

*douando, quod perpetualiter, citra ipsum Domnum* CHRASMARVM, *vel ipsius* SANCTÆ ECCLESIÆ TORNACENSIS, *& successoribus suis pro tempore, volumus esse concessum, vt neque* NOS, *neque iuniores nostri, vel successores nostri, nec quælibet iudiciaria potestas,* THELONEVM *de quolibet commercio, tam* NAVIGIO, *quàm &* CARRIGIO, *aut de* SAGENIS, *vel de* PONTE, *tam vltra, quàm & citra ipso fluuio* SCALT; *necnon de omnibus venalibus, vbicumque apud* TORNACVM *vendantur, vndecumque* THELONEVS *exigitur, & Fiscus noster euendicare potest, ab ipso Domno* CHRASMARO, *vel iunioribus, vel successoribus suis, nec de eorum potestate contradicere vel auferre præsumat: sed ipse* THELONEVS *&* IVSTITIA *de theloneo, iuxta quod suprà per singula continetur, ipsi Domno* CHRASMARO *Pontifici, vel successoribus suis, ad partem ipsius* SANCTÆ ECCLESIÆ *Beatæ Virginis* MARIÆ, *quæ est in ipso fisco constructa, omni tempore, nostris & futuris temporibus, ad* MENSAM CANONICORVM *eiusdem Ecclesiæ, perpetuò proficiet. Et vt hæc* AVCTORITAS *firmior habeatur,* MANVS NOSTRÆ *subscriptione firmauimus, &* ANNVLI NOSTRI *impreßione consignare atque roborare præcepimus.*

Signum HILPERICI gloriosi Regis.

HALCOI-

HALCOINVS *Notarius recognoui, & signaui. Data Kal. Maij, anno primo Regni* HILPERICI *gloriosi Regis, indictione* XIII. *Actum apud* BIBRACH, *in Dei nomine feliciter, Amen.* An. 580.

*Quod autem* VIDIMVS, *hoc testamur : in cuius testimonium præsentibus litteris* NOSTRVM *fecimus apponi* SIGILLVM. *Actum* PARISIIS, *anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, mense Februario.* An. 1290.

Sed & alia multa in Ecclesiam Tornacensem contulit Chilpericus, de quo Herimannus Abbas S. Martini Tornacensis in Historiâ sui monasterij, quam in antiquis membranis manu exaratam vidi: *Iura sua Regalia, quæ in eâdem ciuitate possidebat, inter* EPISCOPVM *&* CLERVM *distribuit. Episcopo delegauit* MONETAM *ciuitatis;* MAIRAM, *de quâ fermentantur ceruisiæ;* IVSTITIAM, DISTRICTVM, ADVOCATIONEM *hominum Beatæ* MARIÆ; *&* VINAGIA *plaustrorum & vehiculorum, quæ venalia in ciuitatem afferunt.* CLERO *verò tribuit* TELONEVM, PONTINAGIVM, *vt ex eorum redditibus vestimentorum suorum necessaria compararent; & vt victum copiosè & sufficienter haberent,* OMNEM TERRAM, *quæ iacet inter duos fluuiolos,* RIES *scilicet &* MAIRAM, *eorum ditioni subdidit, vt ex eius agriculturâ* Circa an. 1100.

*absque penuriâ sustentarentur: cunctaq́ue* MOLENDINA, *quæ tunc erant in* SCALDA; *eis superadditis sex ex his, Episcopo reseruatis, cum quinque quadrigis terræ.* FORAGIA *verò* CAMBORVM, *&* *redditus* VASORVM VINI, *inter vtrosque æquis partibus diuisit.*

Balduinus de Auennis, Toparcha Bellimontis in Hannoniâ, Burchardi Auennensis, & Margaretæ Flandrensis ac Hannoniensis Comitissæ filius, celebrat etiam Chilperici Regis liberalitatem antiquâ istâ Wallonum linguâ: *Quand* CILPRY*se partit de* TOVRNAY, *il donna à l'*EVESQVE *la Seignourie de la ville, la Monnoye, les Changes, & les Molins de l'Eschault, & l'Hommage du Chastellain, & l'Aduoüé, auec moult d'autres droitures, & le'y receu à homme. Et l'Euesque le'y doit seruir à dix Cheualiers, quand il aßemble son* OST. (Ex M.S. meo.)



CAPVT

# CAPVT XXI.

## *Vindicatur Epocha Præcepti Regis* CHILPERICI *pro Ecclesiâ Tornacensi.*

IOannes Cognatus in Historiâ Tornacensi, præceptum Chilperici Regis mutilum edidit & imperfectum; atque post illum ter Aubertus Miræus. Vterque verò chartam ita concludit: *Datum Bibrax, Chilperici anno primo, indictione* XIII. *in Dei nomine feliciter, Amen.* Contendit autem Miræus mendum esse, ac legendum, *indictione* VIII. quæ cadit in annum D. LXXV. Ego ex chartâ Chilperici Regis, per Philippum Pulchrum visa & confirmata, scriptum itidem habeo, *indictione* XIII. quâ designatur annus D.LXXX. Quocircà nihil immutandum existimo in indictione; editumque eo anno à Chilperico præceptum illud, iam ostendo; & argumento verosimili confirmo omnium, quotquot extant, veterum codicum fidem, quam ita constantem convellere religioni semper duxi.

L. 1. c. 66.

In Codice cap. 2. In Notitiâ cap. 3. In Fastis 6. Febr.

An. 575.

An. 580.

Gregorius Turonensis, Scriptor æqualis, & Chilperico Regi notus: CHILPERICVS *verò Rex* DESCRIPTIONES NOVAS & GRAVES *in omni Regno suo fieri iussit. Quâ de causâ multi relin-*

L. 5. c. 29.

*relinquentes ciuitates suas, vel possessiones proprias, alia Regna petierunt, satius ducentes alibi peregrinari, quàm tali periculo subiacere.* Aimoïnus eodem sensu: *Proscriptionibus grauissimis populum sibi subiectum atterere cœpit: quâ de causâ multi è plebe natiuum relinquentes solum, maluerunt exules nouas quærere sedes, quàm patrios incolendo fines iniusto ruere sub onere tributi.*

L. 2. c. 32.

Lib. 5. de Prouid.

Ærumnas similes Christianorum sæculi quinti describit Saluianus Massiliensis verbis istis: *Vastantur pauperes, viduæ gemunt, orphani proculcantur in tantum, vt multi eorum, & non obscuris natalibus editi, & liberaliter instituti, ad hostes fugiant, ne persecutionis publicæ afflictione moriantur; quærentes scilicet apud Barbaros Romanam humanitatem, quia apud Romanos barbaram inhumanitatem ferre non possunt. Et quamuis ab his, ad quos confugiunt, discrepent ritu, discrepent linguâ, ipso etiam, vt ita dicam, corporum atque induuiarum barbaricarum fœtore dissentiant; malunt tamen in Barbaris pati cultum dissimilem, quàm in Romanis iniustitiam sæuientem. Itaque passim vel ad Gothos, vel ad Bagaudas, vel ad alios vbique dominantes Barbaros migrant: & commigrasse non pœnitet: malunt enim sub specie captiuitatis viuere liberi, quàm in specie libertatis esse captiui*

Grego-

Gregorius Turonensis libro iam citato: *Discordantibus Regibus, & iterùm bellum ciuile parantibus*, DISENTERICVS MORBVS *penè totas Gallias praeoccupauit. Erat enim his, qui patiebantur, valida cum vomitu febris, renumq; nimius dolor, caput graue, vel ceruix*, &c. *Et quidem primùm haec infirmitas à* MENSE AVGVSTO *initiata paruulos adolescentes arripuit, lethoq; subegit. Igitur in his diebus* CHILPERICVS *Rex grauiter aegrotauit: quo conualescente*, FILIVS EIVS IVNIOR, *necdum ex aquâ & Spiritu sancto renatus, aegrotare coepit, quem in extremis videntes Baptismo abluerunt: quo parumper meliùs agente*, FRATER EIVS SENIOR, *nomine* CHLODOBERTVS, *ab hoc morbo corripitur; ipsumq; in discrimine mortis* FREDEGVNDIS MATER *cernens, serò poenitens ait ad Regem: Diu nos malè agentes pietas diuina sustentat: nam saepè nos febribus, & alijs malis corripuit, & emendatio non successit. Ecce iam* PERDIMVS FILIOS: *ecce iam eos lacrymae pauperum, lamenta viduarum, suspiria orphanorum interimunt; nec spes superat cui aliquid congregemus: thesaurizamus nescientes cui congregemus ea: ecce thesauri remanent à possessore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Numquid non exundabant promptuaria vino? numquid non horrea replebantur frumento? Numquid erant* Cap. 35.

THESAVRI *referti* AVRO, ARGENTO, LAPIDIBVS PRETIOSIS, MONILIBVS, *vel reliquis Imperialibus ornamentis? Ecce quod pulchrius habebamus, perdimus. Nunc si placet venire,* INCENDAMVS *omnes* DESCRIPTIONES INIQVAS, *sufficiatq́ʒ* FISCO NOSTRO, *quod suffecit patri Regiq́ʒ* CHLOTARIO. *Hæc effata Regina, pugnis verberans pectus, iussit* LIBROS *exhiberi, qui de Ciuitatibus suis per* MARCVM [Referendarium] *venerant*; PROIECTISQVE IN IGNEM, *iterùm ad Regem conuersa*; *Quid tu, inquit, moraris? Fac quod vides à me fieri:* SI DVLCES NATOS PERDIMVS, *vel pœnam perpetuam emendamus. Tunc Rex compunctus corde* TRADIDIT *omnes* LIBROS *descriptionum* IGNI; *conflagratisq́ʒ illis, misit qui futuras prohiberent descriptiones.*

*Post hæc* INFANTVLVS IVNIOR, *dum nimio labore tabescit, extinguitur; quem cum maximo mœrore deducentes à villâ* BRENNACO *Parisius, ad Basilicam sancti* DIONYSII *sepelire mandauerunt:* CHLODOBERTVM *verò componentes in feretro, Suessionis ad Basilicam* S. MEDARDI *duxerunt*; *proijcientesq́ʒ eum ad sanctum sepulchrum, vouebant vota pro eo: sed mediâ nocte anhelus iam & tenuis spiritum exhalauit; quem in Basilicâ* SS. CRISPINI & CRISPINIANI *Martyrum sepelierunt.*

*Magnus*

*Magnus quoque hic planctus populo fuit: nam viri lugentes, mulieresq; lugubribus vestimentis indutæ, vt solet in coniugum exequijs fieri, ita hoc funus sunt prosecutæ. Multa* POSTEA *Chilpericus Rex* ECCLESIIS, *siue* BASILICIS, *vel pauperibus est largitus.* Temporis, euentuumque ratio examinanda, me paulò fusiùs hæc exarare compulit.

Incœpit illa torminum lues *anno quinto* CHILDEBERTI *Regis, mense Augusto ac Septembri.* Gregorius l. 5. c. 34. 35. & 40. *Atque statim Octobri Rex* CHILPERICVS, *post* MORTEM FILIORVM, *in Cotiâ syluâ plenus luctu cum coniuge residebat.* Cæsus fuerat Sigebertus Rex Austrasiæ anno D. LXXV. quo Childebertus An. 575. eius filius, adhuc puer, illicò regnare cœperat; vt annus quintus Childeberti in Austrasiâ, esset annus Christi D. LXXIX. quo sic Hermannus An. 579. Contractus: *Tres filij* HILPERICI *dysenteriâ periere.* Iam expendo Gregorij verba post mortem filiorum Chilperici: *Multa* POSTEA *Chilpericus Rex* ECCLESIIS, *siue* BASILICIS, *vel pauperibus est largitus.* Et isthæc clariora Aimoïni: L. 3. c. 32. *Sequenti abhinc anno* (nempe D. LXXX.) *alius ex* An. 580. *filijs Chilperici,* THEODORICVS *nomine, terminum sortitus est vitæ: vnde* CHILPERICVS *Diuinæ animaduersionis iudicium ceruici imminere suæ cognoscens,* MVLTA *pauperibus Christi, &* ECCLE-

SIIS *largitur* DONARIA. Ex quibus benè expensis atque examinatis colligo, factam à Chilperico Rege donationem Ecclesiæ Tornacensi
An.580. anno D. LXXX. Kalendis Maij, indictione XIII. Particula enim POSTEA, quâ vtitur Gregorius, spatium temporis indeterminatum significat. Vt taceam de consensu omnium veterum codicum, in quibus *indictionem octauam* numquam reperias, sed constanter *decimam tertiam.*

Cur autem charta illa Chilperici (qui iam totis nouemdecim annis regnauerat) data sit *anno primo* HILPERICI *gloriosi Regis*, alia est difficultas, quæ multorum torsit ingenia. Vult Miræus intelligi annum primum Regni Austrasiæ, quod Sigeberto fratre occiso Chilpericus inuaserat: sed reuerà illud Regnum à Sigeberti nece statim collatum est in eius filium Childebertum, annos quinque dumtaxat natum: neque Chilpericus
L.4.c.46. Rex illud vmquam obtinuit. Gregorius Turonensis: *Mortuo Sigeberto, regnauit* CHILDEBERTVS *filius eius pro eo.* Hunc ergo nodum (ni fallor) sic exsoluo: Diu regnauerat Chilpericus,
Gregor. l. 5.c.29. sed dominatu tyrannico; quippe qui *damnis immensis populum afflixerat, supplicijs terruerat, morte mulctarat.* Cumque diuinâ perculsus vindictâ vellet (vt existimo) rectiora in posterum iudicia exerce-

exercere, & publicæ rei feliciùs consulere; posthabito tempore præterito tamquam nullo, initium Regni æquioris *anno primo* voluit indicare, ac NOVA FACERE OMNIA.

Et verò oblato argumento de libris per Chilpericum Regem crematis, venit in mentem, Iustinum II. Imperatorem afflictis creditoribus parentis debita persoluisse, librosque & syngraphas palàm iussisse comburi. Vnde Corippus: Lib.2.

*Gaudia quanta illic, quantus fauor! vndique lætus*
*Tollitur in cælum* POPVLORVM CLAMOR *ouantum.*
*Mirantur Proceres, mirantur talia plebes.*
*Hinc rutili lucent* CHARTIS ARDENTIBVS *ignes:*
*Hinc radiat fuluum concertans ignibus aurum:*
*Hinc* CHARTAS FLAMMIS *subigunt: hinc pondere fusos*
*Exæquant solidos, & lancem pollice pulsant:*
*Tunc sinibus plenis abeunt, quæstuque laborant:*
*Elatisque oculis pro vitâ Principis orant.*

Sed & FRIDERICVS Aragonius, Neapolitanorum Rex, Ferdinandi primi filius, Alphonsi frater, Ferdinandi II. patruus, anno M.CD.XCVII. quo Regnum illud adeptus est, instituit Ordinem militarem, cuius signum erat Mus Ponticus candidissimus (Ferdinandi parentis iam olim tessera) pendens è collari aureo, quod LIBRIS APERTIS,

Ex M.S. cod. An. 1497.

TIS, & INTER FLAMMAS deflagrantibus, circumtectum erat, addito lemmate, RECEDANT VETERA. Torquem illum aureum geſtabat Rex ipſe FRIDERICVS, qui, antequam regnaret, vocabatur Princeps de Altamura. Ferebant etiam FERDINANDVS Dux Calabriæ, Regis filius; D. CÆSAR, Regis frater; N. Biſignani Princeps; alijq́ue Magnates Regni. Deſcripta erant in libris tributa enormia, quibus Rempublicam grauarant Principes Andegauenſes: FRIDERICVS Rex, vt populum ſubleuaret, omnes libros veteres flammis tradidit, NOVAQVE FECIT OMNIA.

Quod ſupereſt, placuit Ioanni Cognato, locu-
L. 4. c. 12. tum de Chilperici Regis donatione Gregorium Turonenſem verbis illis, quæ ſunt libri quarti de miraculis ſancti Martini: *Apud* TORNACENSEM *verò Cenomannici territorij vrbem*, *quæ nunc in ipſius* SANCTI *Baſilicæ ditionibus detinetur*, *mulier quædam diuturnâ cæcitate detenta*, &c. Agiturq́; ibi de miraculo virtute D. Martini patrato. Atqui ex chartâ Chilperici Regis, *Eccleſia Tornacenſis in honorem beatæ* MARIÆ *fuit conſtructa*, non autem S. Martini. Vnde iudico, apud Gre-
In Hiſt. Tobiæ. gorium errorem eſſe libellionis, qui *Tornacenſem vrbem* ſcripſit pro *Toronenſem*, quam Matthæus Vindocinenſis vocat *Martinopolim*;

quæ-


quæque in prouinciâ Lugdunensi tertiâ nuncupatur *Ciuitas Toronorum*. Et ipsemet quoque Gregorius sic de Roccoleno: *Cum Cenomannicis* TORONIS *venit, & prædas egit*. Tum de Meroueo, Chilperici Regis filio: TORONIS *venit, ibiq́; dies sanctos Paschæ tenuit*. Præterea ciuitas Tornacensis non est sita in Cenomannico territorio, in quo est Turonensis, seu Toronensis, cuius olim Comitatus subiacebat Cenomannico Ducatui, qui memoratur in Vitâ S. Constantiani, & in gestis Dagoberti I. Regis: idque sic insinuat ordo de Missis & Pagis in Capitulis Caroli Calui apud Siluacum: *Dodo Episcopus, Hrotbertus, & Osbertus, missi in* CINOMANNICO, *Andegauensi, atque* TVRONICO. Verba denique illa: *quæ nunc in ipsius Sancti Basilicæ ditionibus detinetur*, non possunt esse Gregorij Turonensis; sed à recentiore quopiam ad marginem adiecta, in contextum irrepsêre; vt clarè colligitur ex S. Audoëno in Vitâ S. Eligij, quem scribit magnum beneficium Ecclesiæ S. MARTINI apud TVRONOS obtinuisse à Dagoberto I. Rege; scilicet *censum omnem qui fisco soluebatur: atque ab eo tempore omne ius Fiscalis census Ecclesiam sibi vendicasse; & in eâdem vrbe per Pontificis litteras Comitem fuisse constitutum*. Atqui Dago-

Ex M.S. Franc. Thuan.

Lib. 5. c. 1. & 2.

An. 853.

Dagobertus I. Rex cœpit regnare post patrem
Anno 628. Chlotarium II. anno DC. XXVIII. decessitque
644. anno DC. XLIV. Gregorius verò Turonensis
An. 596. Episcopus ad Superos abiit anno D. XCVI. ac proinde iuris à Dagoberto Rege Turonensi Ecclesiæ concessi non potuit meminisse, quod annis multis ab eius obitu concessum fuerat.



CAPVT

# CAPVT XXII. ET VLTIMVM,

## *Appendix ad vndecimum & duodecimum, de Apibus Childericianis.*

OMnium Apum, quæ in conditorio Childerici Regis repertæ ſunt, corpora tota auro conſtant, alulæ fulgent pyropo: antennas & pedes non habent; vt auiculæ ſcutariæ, alciones & merulæ, roſtro & cruribus carent. Omnes præterea ſunt breui & intectâ pennis aluo, vt *muſcæ*, quas *manſuetas apes* appellabat Heliogabalus Imperator. Ariſtoteles de Apibus: *Genus quod optimum*, BREVE *hoc*, *in rotunditatem compactile*, *& varium eſt.* Tum inferiùs: MINORES, *officioſiores maioribus ſunt.* Plinius etiam: *Optimæ* BREVES, *variæq́; deteriores longæ, & quibus ſimilitudo veſparum.* Rectè in laude ponitur ſtrictus huius inſecti habitus, cuius Rex à Virgilio contemnitur, qui *horridus* eſt,


Lamprid. in Heliog.
Lib. 9. Hiſtor. animal. cap. 40.
Lib. 11. cap. 18.
Lib. 4. Georg. v. 94.

*—— longamq́; trahens inglorius aluum.*

Dixi autem, Apum Childerici Regis alias habere læue politumq́; collum; alias aſperius & virgatum. Priorum formam retuli ad ortum ciuilem & vrbanum; poſteriorum ad ſylueſtrem & ruſticum. Sed cùm rei rationem admoto microſcopio penitiùs introſpexi, notaui læui collo præditas

Suprà cap. 11.

luminum expertes eſſe, & abſque vllis ad roſtrum linearibus formis. In aliis verò, quæ aſperiore ſunt collo, binos obſeruaui ad frontem oculos, roſtrumque diſtinctum lineamentis. Obſeruaui prætereà ternos ceruicem ambientes circulos, à quibus prodeunt virgulæ plures in altum inſecti exigui thoracem. Vtriuſque generis Apes hîc æri inſculptas dedi, maiore duplo quàm ſunt formâ, vt diſcrimen pleniùs innoteſcat.



Natura nihil tale tribuit Apibus; quarum aliæ apud Maronem *turpes horrent*, quia hiſpidæ & ſubfuſcæ; V. 95.

*—— elucent aliæ, & fulgore coruſcant,*

*Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis;*

vt reliquum ſit notas illas à Childerico, Rege ingenioſiſſimo, adiectas ad rei cuiuſpiam reconditioris ſignificationem, Ægyptiorum more, qui per animaliū figuras ſenſum mentis effingebant.

Ego per cæcas apes ſignificari exiſtimo eos Francos, qui [a] *furentibus animis Childericum interimere decreuerunt, vel eijcere de Regno; Regem alioqui naturâ benignum, vtilem, atque ſtrenuum.*

Apibus *aculeum*, inquit Plinius, [b] *natura dedit ventri conſertum ad vnum ictum.* Et Ariſtoteles: [c] *Intereunt quæ percuſſerint : quoniam ſine inteſtini eruptione aculeus eximi non poteſt.* Franci furentes in Childericum Regem, non occiderunt illum quidem, ſed prauis excæcati conſilijs, velut aculeis ferierunt, Apibus ſimillimi, quæ animas ponunt in vulnere ardore vindictæ, carentque *oculis, parte corporis pretioſiſſimâ, & quæ lucis vſu vitam diſtinguit à morte*, quam illi ſuo Regi rebelles merebantur.

a Gregor. Tur. l. 2. cap. 12. Geſta Franc. c. 6 Rorico lib. 1. Aimoïnus lib. 1. cap. 7.

b Lib. 11. cap. 18.

c Lib. 9. Hiſt. animal. c. 40.

Plinius l. 11. c. 37.

Infeſti Apum aculei tenues adeò ſunt, vt viſu percipi vix poſſint. Atomis comparat Alexander

Lib. de Ape. c. 4. Monfortius. Quia autem infixi carnibus ſic hærent firmiter, vt Apes ſubitò auolantes illos reuocare nequeant, ſed inteſtini partem relinquant cum ictu, vnde langueſcere incipiunt, tandemque moriuntur; ego aculeos illos exilibus hamulis, & qui ſub ſenſum non cadant, horridulos
Lib. 16. cap. 36. reor, vt olim tela atque ſpicula. Plinius de Orientis populis: *Calamis* SPICVLA *addunt* IRREVOCABILI HAMO *noxia*. Tertullianus: *Ceruus*
Lib. de Pœnit. cap. 12. *ſagittâ transfixus, vt ferrum, &* IRREVOCABILES MORAS *eius de vulnere expellat, ſcit ſibi*
Lib. 2. Vide ſuprà c. 14. *dictamno medendum*. Agathias de veterum Francorum telis: *Ad extremitatem* SPICVLI *mucrones quidam adunci vtrimque*. Sententiam meam iuuant egregiè Scriptores, qui Apum aculeos tela vo-
Lib. 1. de Clem. cap. 19. cant & ſpicula. Seneca: *Vtinam ea homini lex eſſet, quæ* APIBVS, *vt ira cum* TELO *frangeretur, nec ſæ-*
Lib. 11. cap. 28. *piùs liceret nècare, quàm ſemel*. Plinius de inſectis, tela cum aculeis confundit: *Quaternas habent pinnas, quæ* ACVLEIS *in aluo armantur: nullum, cui* TELVM *in ore, pluribus quàm binis aduolat pen-*
Verſ. 236. *nis*. Virgilius de Apibus:

*Illis ira modum ſupra eſt, læſæque venenum*
*Morſibus inſpirant, &* SPICVLA CÆCA *relinquunt,*
*Affixæ venis, animaſque in vulnere ponunt.*

Cæca ſpicula explico cum Veteribus apud Nonium

nium Marcellum, *latentia*, *tacita*, *occultè mala*, & quæ cerni nequeunt. Claudianus: Cap.6. 2.Ruff.

*—— pastoris in ora*
*Commotæ glomerantur* APES, *qui dulcia raptu*
*Mella trahit, pennasq́; cient, &* SPICVLA *tendunt.*

Ouidius: In Ibin.

*Inq́; tuis opifex vati, quod fecit Achæo,*
NOXIA *luminibus* SPICVLA *condat* APIS.

Isidorus: SPICVLA *sunt sagittæ vel lanceæ breues*, L.18.c.8. *ab* SPICARVM *specie nuncupatæ.* Nam vt istæ aristis horrent, sic illa cuspidibus & hamulis sunt noxia.

Hoc autem loco minimè videntur omittenda quæ Plotinus adfert ex Platonis disciplinâ, de Enn.3. lib.4.c.2. animarum transmigratione: *Qui ciuilem virtutem consecutus est, homo reuertitur: sed qui ciuilem virtutem haud satis est aßecutus, in ciuile animal* APEM, *vel similia se transformat.* Childericus Rex, qui Ægyptiorum Apin vice Numinis colebat, eorum quoque dogmata sectabatur; quippe qui pecunias vnà secum sepeliri iusserit, quibus post mortem se vsurum arbitrabatur. Quídni autem Francos ille inurbanos, qui eum aliàs Regno expulerant, per cæcas Apes exprimi voluit, vt ipsorum animæ in oculatas reuersuræ, ciuiliorum morum comitatem quærerent?

L.1.Hist. cap.1. rent? Apes vocat Aristoteles *animalia ciuilia.* Et Didymus præclarè: Apis *est omnium animalium sapientissima.* Plinius de toto examine: *Rempublicam habent, consilia priuatim, & Duces gregatim; & quod maximè mirum sit, mores habent.*

Apud Geopon. L.11.c.5.

Oculatas Apes refero ad Francorum Proceres, qui vnà cum Viomado, Francorum fidelissimo, Childericum exulem in Franciam reduxerunt, & *resublimauerunt in Regno.* Sic enim Claudius Ælianus, qui Romæ sub Antonino Pio Imp. vixit: Regem *suum* apes, *lenitudine imperij dulcem, & mansuetudine morum suauem, nulloque* spicvlo *armatum, cùm is defugiendo ipsas reliquit, accersunt, & fugitiuum à regno insequuntur. Ipsum autem sagacissimè odorantur; ac nimirum ex eius odore deprehensum, suâ sponte* amantes *& venerantes ipsius naturam, de fugâ in regnum reducunt.* Aristoteles item de Apibus: *Si cùm pergunt,* Rex *ipse fortè aberrarit, omnes inquirere, odoratuque sagaci persequi, donec inueniant, accepimus.*

Fredeg. cap.11. Lib.5. de Animal. cap.10. Loc. cit.

Militarem Francorum nobilitatem præmiis condecoratam indicant circuli, siue torques, quibus ambiuntur colla oculatarum Apum. Virgilius de ornatu puerorum nobilium:

Æn.5. v.559.

—it pectore summo
*Flexilis obtorti per collum* circvlvs *auri.*

Silius

Silius Italicus de Gallo quodam: Lib. 4.

COLLA *viri fuluo radiabant lactea* TORQVE.

Strabo de ornatu Gallorum, finitimorumque populorum: *Aurum, & circum colla* TORQVES.

Tacitus de Germanis progenitoribus Francorum: *Gaudent finitimarum gentium donis, quæ non modò à singulis, sed publicè mittuntur, electi equi, magna arma,* TORQVESque. Lib. de Germ.

Sed quid virgulæ illæ à circulis productæ ac pendentes? Certè vt isti stringunt magis, & ambiunt ipsum collum, ita virgulæ ad scapulas demissæ pendent, vti phaleræ à torque. Vtrumque distinguit Silius, vbi de Scipionis munificentiâ: Lib. 15.

*Tum merita æquantur donis, ac* PRÆMIA *virtus*
*Sanguine parta capit:* PHALERIS *hic pectore fulget,*
*Hic* TORQVE *aurato circumdat lactea colla.*

Sed scitè vtrumque videtur coniunxisse Isidorus: L. 9. c. 31.

TORQVES, CIRCVLI *aurei à* COLLO *ad* PECTVS *dependentes, & à viris geruntur, vt à feminis monilia.*

Elatas porrò Apes aureas in sepulturam cum Childerico Rege, mirum videri non debet, cùm id humanitatis ac religionis munus Apes ipsæ superstites defunctis suis impendant. Virgilius perspicuè: Vers. 255

—— *corpora* LVCE CARENTVM
*Exportant tectis, &* TRISTIA FVNERA *ducunt.*

Plinius

Lib. 11. cap. 18. Plinius quoque: *Defunctas progerunt, funerantiumq́ more comitantur exequias.*

Ceterùm, post Childericum I. Regem symbolicas Apes primus palàm vsurpauit LVDOVICVS XII. Rex Francorum, stirpe Valesius. Ioannes Baptista Mantuanus de Triumphali eius introitu in ciuitatem Genuensem anno M. D. VII. ita cecinit: In Exhort. ad Insubres an. 1507.

*Ibant ostrati Proceres, longoq́ equitatu*
*Læta suburbanos implebant agmina vicos.*
*In medio* REX *victor, equo sublimis in alto,*
*Murice conspicuus, rutilanti splendidus auro:*
*Signabatur* APVM *sparsim toga tota* FIGVRIS;
*Cumq́* APIBVS *Regnator* APVM *fulgebat in ostro,*
*Pictus acu, scriptumq́ notis epigramma Latinis:*
REX MVCRONE CARET: *quo significare volebat*
*Rex pius & clemens, quâ mente intraret in vrbē,*
*Quóve animo debent populis conuiuere Reges.*

Lib. 1. de Clem. cap. 19. Rex Apum caret aculeo, si Senecæ credimus: *Rex ipse sine aculeo est: noluit enim natura nec sæuum esse, nec vltionem magno constituram petere.* Lib. 5. de Animal. cap. 10. Ælianus etiam Regem Apum *nullo spiculo armatum dixit.* Lib. 5. Histor. cap. 21. Aliter tamen sensit Aristoteles, naturæ Scriba: *Aculeum* REGES *& Duces habent, sed eo non pungunt.* Quæ Philosophi mens expressa reperitur in eiusdem Ludouici XII. æreo numi-

numiſmate, in quo Apes, rege eminente, volitant circum alueare, cum hoc titulo:

NON VTITVR ACVLEO REX, CVI PAREMVS.

An verò ad Apes antiquiſſimas Childerici I. Regis Ludouicus reſpexerit, aſſerere non auſim, cùm ſæcula plus quàm dena inter vtrumque interceſſerint.

Henricus III. Rex, Valeſiorum poſtremus, iiſdem Apum impreſſa typis bina edidit numiſmata. Prius argenteum anni M. D. LXXXIV. hoc præfert lemma:

PLEBIS AMOR, REGIS CVSTODIA.

Xenophon: *Apes ſemper Regi vltrò parent.* Plinius: *Mira* PLEBI *circa Regem obedientia.* Ambroſius: *Regem ſuum ſummâ protectione defendunt, & perire pro eo pulchrum putant.* Alterum numiſma aureum anni M. D. LXXXIX. inſcriptum eſt Virgiliano hemiſtichio: Lib. 5. Pædag. Lib. 11. cap. 17.

—— REGE INCOLVMI MENS OMNIBVS VNA.

Ælianus: *Quoad rex viuit, tam diu examen pace fruitur, omniq; ordinum perturbatione caret.* L. 5. c. 11.

Poſtremò, Henricus IV. Rex, Borboniorum primus, anno M. DC. VIII. aureum numiſma cudit cum Apibus regem ſuum ſtipantibus, & hoc ſymbolo:

AMORE, NON TERRORE:

Lib. 1. de Clem. c. 3. & 4. Itaque *non sine ratione* ( magni Senecæ sermo est) POPVLIS *vrbibusq; consensus protegendi* AMANDIQVE REGES, *& se suaq; iactandi quocumque desiderauerit* IMPERATORIS SALVS: *suam enim incolumitatem* AMANT, *cùm pro vno homine multas legiones in aciem deducunt, cùm in primâ fronte procurrunt, & aduersa vulneribus pectora ferunt, ne* IMPERATORIS SVI *signa vertantur. Ille est enim* VINCVLVM, *per quod* RESPVBLICA *cohæret: ille* SPIRITVS VITALIS, *quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si* MENS ILLA IMPERII *subtrahatur.* Ideò PRINCIPES REGESQVE, & quocumque alio nomine sunt TVTORES STATVS PVBLICI, non est mirum AMARI vltra priuatas necessitudines:

HIC MVRVS AHENEVS ESTO.

FINIS.

INDEX

# INDEX
## RERVM ET VERBORVM,
### QVÆ
## ANASTASI CHILDERICIANA
### EXPLICANTVR, ILLVSTRANTVR.

A.

CINACIS, *gladius barbaricus* 200. *adoratus à Schytis.* 202.203
*Acus aurea Childerici Regis.* 38. 39. *eâ vestis regia summo pectore nectebatur.* 239. *more apud Germanos vsurpato.* ibid.
*Adouagrius Dux Saxonum.* 74
*Ægidius Romanus, Rex adscitus à Francis.* 67. 120. *Coloniâ Agrippinâ eijcitur à Childerico.* 73. *moritur Treuiri vastatâ,* ibid.
*Aëtius Romanus Clodionem aggreditur.* 10. *locus pugnæ expensus.* 11.
*M. Agrippa Gallias vijs militaribus munit.* 66
*Alani populi.* 75. *gladium vt Martem colunt.* 203
*Alaricus, Gothorum Rex, eiusq́; Thesaurus sepulchralis.* 57
*Albani pecuniam cum mortuis sepeliunt.* 52
*Alemanni qui.* 75
*Alexander aperiri iußit sepulchrũ Cyri Persarum Regis.* 54. 55. *credebantur iuuari, qui eius imaginem auro, argento, ære expressam gestarent.* 275
*Alphonsus Bonus, Castellæ Rex.* 137
*Ambianum, Childerici Regia* 70. *solum proprium.* 75
*Amuleta Antiquorum quæ.* 265. 266. 267. & seq.
*Anchisus Dux, pater Pipini Maioris domus.* 31. 32. *à Gunduino peremptus.* ibid. *sepultus Andennæ.* ibid.
*Andegauum incensum à Childerico.* 74
*Angones, hastæ Francorum.* 217
*Annuli quadraginta in sepulchro Mariæ, Honorij Imp. coniugis.* 56. *Aurei, Apiri, Gemmati.* 97. 115. 116. *Solidi.* ibid. *Equestris Ordinis.* 98. *Regis Persarũ.* 108. *Alexandri Magni.* ibid. *Darij, Syllæ, Augusti, Mæcenatis, Galbæ Imp.* 109. *Commodi Imp.* 110. *Antiquiorum Franciæ Regum.* ibid. *S. Ludouici, Franciæ Regis.* 111. *quâ manu gestati.* 113. *quibus digitis.* 114. 115. *in sponsalibus vtrimque*

*dati.* 116. 117. *eorum custodes.* 120. 121. *Geruli.* 122. *Amicis & gratiosis traditi à morientibus.* ibid. *Iisdem interdum detracti, restituti, & consepulti.* 123. 126. 127. 128. *pericula & fraudes ab Annulis.* 123. 124. 125. 126. *inde fracti aliquando* 129.

*Annulus aureus Signatorius Childerici Regis.* 39. 98. 256. *eius inscriptio expensa.* 99. 100. 101. & seq. *Sculptura, seu Regis imago.* 103. 105. 110.

*Annulus alter apirus, & connubialis eiusdem Regis.* 115

*Sanctus Ansbertus, Gerulus annuli Theodorici Regis.* 122

*Ansebaldus, custos annuli Theodorici Regis.* 121.

*C. Antij Restionis nummus argenteus.* 151. 152

*Antonini Philosophi nummi argentei septem in Childerici conditorio reperti.* 270

*Antoninus Pius, optimus Princeps.* 272. 273. *eius nummus argenteus perforatus è sepulchro Childerici Regis.* 271. *eiusdem Itinerarium illustratum.* 12

*Antyllus magnis confossus graphijs.* 183

*Anubis, Ægyptiorũ numen.* 145

*Apes à bobus natæ.* 155. 156. 157. & seq. *quomodo reparentur.* 156. *rex earum vnde nascatur.* 157. *mirabilis cum boue sympathia.* 158. 159. *sunt Regiæ potestatis symbolum.* 160. *bellicosæ.* 160. 161. *Regis amantissimæ.* 161. 162. *symbolum fidei populorum.* ibid. *vrbanæ aliæ, aliæ rusticæ.* 163. *habent aliquid diuinitatis.* 173. *Regiæ & Regum nutritiæ.* 175

*Apes aureæ in sepulchro Childerici Regis.* 38. 39. 48. 159. *in phaleris equi Regij.* ibid. & 227. *quare, & quâ significatione.* 160. 161. 163. *cur earum aliæ cæcæ, aliæ oculatæ.* 321. 322. *fuerunt symbola Childerici Regis* 171. *deinde in lilia commutatæ.* 177. 178. 179. 180. *Illas vsurparunt Ludouicus XII. Henricus III. & IV. Reges.* 325. 329.

*Apis Ægyptiorum Deus.* 142. 202. *confertur cum Francico Childerici Regis idolo.* 143. 144

*Apis Francicus cur sine auribus.* 145. 146. *cur cerebro aperto.* 147. *in bellicas expeditiones delatus à Childerico.* 153. *cur ex equi Regij fronte pendulus.* 154.

*Arabes, lapides colunt.* 202.

*Arbogastes, simulacrorũ cultor.* 84

*Arietes lanæ maioris, auri species cusa sub sancto Ludouico Rege Franciæ.* 50

*Arma in sepulchris.* 54. 57. 76. 223. *igni iniecta cum cadaueribus principum virorum.* 196. *eorum tumulis illata.* 197. *ad sepulchra & cænotaphia appendi solita.* 198. 199

*Arma, seu insignia hereditaria apud Francos non ante Ludouicum Grossum.* 178

Arnul-

*Arnulphus Metensis Episcopus, Anchisi pater.* 31

*Attila Rex Hunnorum, sepultus cũ auro, phaleris, & gemmis.* 57

*S. Audoënus, Dagoberti Regis Auricularius, & custos Annuli.* 121. *Auctor Vitæ S. Eligij.* 299. 300.

*Augustus Imp. viam Flaminiam muniuit.* 65. *Milliarium aureum fecit.* ibid. *Nummorum antiquorum fuit percupidus.* 247

*Aurelianum captum à Childerico.* 74

*Aurelij Veri Imp. nummi argentei sex in Childerici Regis conditorio reperti.* 270. *eorum vnus perforatus.* 271

*Aures indicia animi præferunt* 146

*Auricularij munus in aulâ Regum Francorum primæ stirpis.* 121

*Aurum in sepulchris.* 51. 52. 53. & seq. *in vestibus Regum.* 93. 95. *in ornamentis Pugillariũ.* 192. 195: *Gladiorum.* 199. 200. 203 *Baltheorum.* 204. 205. 206. *instructu equorum.* 226. 227. 228. & seq.

*Aurum Thesauri Childericiani purum, elutum, magnâ copiâ.* 239. 240.

*Austriaci Principes cum armis sepulti Viennæ.* 197. 198

B.

B *Cum P. magna affinitas.* 70

*Baldechildis Regina, auia Chilperici Secundi.* 29

*Balma, Abbatia Monialium in Sequanis.* 58

*Balthei bullis ornati.* 205. 206. *è corio confecti.* ibid. & 197

*Baltheus pro cingulâ equinâ.* 237

*Baltheus gladij Childerici Regis.* 46. 204. 205. *eius fibula aurea, & gemmata.* 236. 237

*Barbari qui.* 82. 83. 84. *Christianis oppositi.* ibid.

*Barbaricus sepeliendi ritus explicatus.* 81. 82

*Barbaries vnde dicta.* 82

*Bardocucullus quid.* 16

*Barrum castrum, vbi Childerico redeunti occurrit VViomadus.* 69. *non fuit Barrum Ducis, nec Barrum ad Sequanam.* ibid. *sed oppidum Taxandriæ, vulgò Per.* 70. 71

*Basilica in sepulchris quid.* 79. 80

*Basilisci Imp. aureum numisma è cõditorio Childerici Regis.* 252. 255. *alterum eiusdem & Marci eius filij.* 43. 252. 255

*Basina vxor Bisini Regis Thoringorum.* 67. 71. *deinde Childerici Primi, & mater Clodouei Regum Francorum.* 71. 72. 85. 116. *mulier saga Trithemio dicta.* 72

*Basinne, & Basinneke, Belgis femina frugi & cordata.* ibid.

*Basterna quid.* 151

*Beryllus, gemma Indica.* 126.

*Bipennis quid.* 207. 208. *eius imago è columnâ Traiani.* 209. *Francisca Francis Scriptoribus appellata* 211. 212. 213. *inter-*

dum simpliciter Securis. 214. 215
Bisinus Rex Thoringorum. 67. 68. 71
S. Bonitus, Childeberti Regis Referendarius. 119
Bos Ægyptiorum numen. 142. 143. quare. 153. symbolum Regni. 151. fertilitatis. 152
Boso Guntchramnus, Primas in aulâ Childeberti Regis. 59. eius rapacitas & auaritia. 92
Brabantiæ Ducum domicilia, Bruxellæ, Louanij, Furæ, Duisburgi. 9
Breherus Gigas, Saxonum Rex, ab Anchiso occisus. 32
Bubulum caput aureum in sepulchro Childerici Regis. 38. 141. eius idolum. 46. 142. 148. 149. 230. vide Apis.
Bufones numquam fuerunt symbola Regum Francorum. 164
Bullæ aureæ in thesauro Childerici Regis. 38. 48. 226. 227

## C.

CAncellarij dignitas summa sub secundâ Regum Francorum stirpe. 129. 135. 136. etiam apud Hispanos. 137
Cancelli Caroli Magni. 130. 131
A Cancellis minister. 135
Cancellum quid. 132
Capellæ ardentes. 79
Captiui detonsi. 104
Capuli gladiorum eburnei apud Veteres. 201. 203
Capulus gladij Childerici Regis. 38. 46. 48. eius pila cur binis vitulis aureis composita. 202
Caracallæ nummus argēteus vnus in Childerici Regis conditorio. 270
Carbunculi principes gemmæ. 241. maximè qui in Amethysti violam exeunt. 241. 242. eiusmodi infinito numero inserti auro thesauri Childericiani. 240. 241. 242
Caroli Calui moneta. 34. Græcas glorias adfectat. 111
Carolus Emmanuel, Sabaudiæ Dux. 235
Caroli Magni Historia imaginibus illustrata. 2. 32. eius statura. 34. variæ imagines. 34. 35. an barbam aluerit. ibid. Aquisgrani sepultus cum auro, atque ornamentis Imperialibus. 60. 94. eius virga aurea, seu sceptrum. 106. vt nomen suum inscripserit. 127. 128. medius repræsentatus Primicerium inter & Secundicerium. 130. 132. vt cancellos habuerit. 131. fuit Patricius Romanorum. 133. eius diplomata. 190. gemmatus ensis. 200. ornatus & cultus in vestibus. 234
Carolus Martellus, Pipini Herstaliensis filius. 33. obijt Carisiaci, in S. Dionysij sepultus. ibid.
Cassianus Martyr, stylis ferreis occisus. 183
Charibertus Rex Latinè doctus. 100
Childebertus frater Clodouei Tertij. 27. filius Sigeberti 101. Latinè scripsit. ibid.

Chil-

*Childerici tres eius nominis Francorum Reges vbi sepulti.* 1

*Childericus Primus Francorum Rex.* 14. *Regno expulsus.* ibid. *eius thesaurus sepulchralis Tornaci effossus.* 36. 37. & seq. *nascitur Samarobrinæ Ambianorum vrbe.* 61. *adolescens, captiuus ab Hunnis abducitur, & mox liberatur.* ibid. *in Romanas Prouincias irrumpit.* 63. *Regno eiectus Thoringiam petit.* 63. 67. *VViomadi solertiâ restituitur.* 67. 68. *annis octo exulauit.* ibid. *in reditu, Barrensibus tributa indulget.* 69. *subsistit aliquamdiu Coloniæ.* 71. *Exul Basinæ amoribus implicatur.* 71. 72. *redux illam ducit vxorem.* ibid. *Parisios obsidione cingit, & capit.* ibid. *incessit Gallias.* 73. *Coloniam Agrippinam, & Treuirim capit.* ibid. *Aurelianum deuastat.* 74. *Andegauum incendit, Paulum comitem vrbis occidit.* ibid. *Alemannos subiugat.* 75. *moritur Tornaci.* ibid. *sepelitur ligneo conditorio.* 80. *Ritu barbarico.* 81. *extra vrbem.* 85. *iustæ fuit, & elegantis staturæ.* ibid. *eius nomen merè Germanicum est.* 102. 103. *promissi capitis capilli.* 103. 105. *barba rasa.* ibid. *cur hastam dextrâ teneat.* 106. *thoracatâ effigie.* 110. *idolorum cultor.* 148. 153. 188. *vitulos aureos colit in gladij pilâ capulari.* 202. *S. Genouefam virginem plurimùm veneratur.* 186. 187. 188. *etiam Christianâ cruce delectatum videri.* 189. *Nummos aureos, argenteosq; è zonâ pendulos habuit.* 260. 261. *cur Imperatorum Romanorum argenteos perforatos è collo gestauerit.* 274

*Childericus Secundus, luscâ imagine, à Bodilone interfectus.* 20

*Childericus Tertius, in monasterium missus.* 30. *sepultus Audomari in S.Bertini.* 31

*Childericus Rex VVandalorũ.* 103

*Chilpericus Primus Francorũ Rex.* 16. *in venatione occisus.* 17. *Chlotarij filius.* 100. *eius litteræ, seu præceptum pro Ecclesiâ Tornacensi.* ibid. & 306. 311. *eiusdem Præcepti Epocha vindicata.* 311. 312. *litteris vsualibus noua addidit elementa.* 102

*Chilpericus Secundus, Nouiomi sepultus.* 29

*Chlodoueus Primus Francorum Rex.* 14. *Childerici filius.* 71. 75. *Romanis litteris imbutus.* 100. *sepultus Parisiis.* 15. *Signo Crucis assumpto abigit ethnicas apes aureas, symbola Childerici patris.* 177. 178. *S. Genouefam magni æstimat.* 189. *aurum & argentum populis erogat manu propriâ.* 262

*Chlodoueus Secundus binomius, sepultus in S.Dionysij.* 18

*Chlodoueus Tertius, sepultus Cauciaci.* 27

*Chlotarius Primus Francorũ Rex.* 15. *eius cultus expensus.* ibid.

Con-

*Constitutio Latinè conscripta.* 100. *nummus aureus.* ibid. & 178

*Chlotarius Secundus binomius, Parisis sepultus.* 17

*Chlotharius Tertius regnat annis quatuordecim.* 19. *non quatuor dumtaxat, vt malè apud Fredegarium.* 20. *litteris eruditus.* 101

*Chlotarius Quartus, Dagoberti Secundi patruus.* 28

*Cingulum bullatum pro Baltheo.* 205. 206

*Circulus aureus, Romani Patriciatus insigne.* 133. 134. *trinâ eius impositione Augusti dignitas collata.* ibid. *gestamen Regum Hispanorum, & Francorum antiquiorum.* ibid.

*Claudius Imp. nouas litteras commentus est.* 102

*Claui aurei in sepulchro Childerici Regis.* 38. 226. 227

*Chlamys militaris.* 95

*Clodio Francorum Rex.* 6. *Romanos proterit.* 10. *Cameraci sepultus.* 12. *barbarico ritu.* 81. *Tornacum occupat.* 62. *ibiq́; sedem habet.* 303

*Clodulphus Anchisi frater, S. Arnulphi Metensis Episcopi filius.* 31

*Colonia Agrippina capta à Childerico.* 73

*Comites primi, secundi, & tertij ordinis.* 189. *primi ordinis, dicti Grafiones.* 191. 192

*Comitis Palatij dignitas, & munus.* 138. 139

*Comitum creandorum in Imperio formula hodierna.* ibid.

*Commodi Imp. nummi duo argentei in Childerici conditorio reperti.* 270

COMOB, & CONOB *in exergo nummorum quid.* 262. 263

*Constantis Imp. Medalliones argentei semunciales ex thesauro Treuirensi.* 286. 287. 288. 289. 290

*Constantius Iunior, Constantini Magni filius.* 273. *elatæ mentis Princeps.* 274. *eius nummus argenteus perforatus ex thesauro Childerici Regis.* 271. *Medalliones Semunciales ex thesauro Treuirensi.* 286. 291. 292. 293. 294. & seq.

*Cornua submissa Apis Ægyptij & Francici.* 144

*Crux Christi in fronte Regum.* 177

*Cucullio viatorius.* 16

*Cuniculus symbolum Hispaniæ.* 98

*Cuntrani Françorum Regis somnium.* 58

*Custodis Annuli dignitas summa apud Romanos.* 118. *& Francos.* 119. *Referendarium appellabant.* 121. 122

*Cyri Persarum Regis sepulchrum.* 54

## D.

D*Agobertus primus Francorum Rex.* 18. *Agaunenses Monachos ad S. Dionysium adducit.* ibid. *Clotarij Tertij filius.* 101. *litteris eruditus.* ibid. *eius sigillum.* ibid.

*Dago-*

*Dagobertus Secundus, binomius, Sathanagij sepultus.* 28
*Dauidis Regis opes.* 53. *sepulchrum apertum ab Hircano Pontifice, & Herode Rege.* 53.54
*Diademata scuto Clodouei Primi Francorum Regis falsò adscripta.* 165
*Diptycha, Pugillares duabus paginis.* 192. *Eburneū Sauiniani in S. Lamberti Leodiensis.* 230.231
*Disbargum castrum.* 6. *Clodionis domicilium.* 7. *non fuit Diesthemium.* ibid. *sed Disbargum, Brabantiæ municipium, vulgò Duysburg.* 7.8.9
*Doda Regina, vxor Theodorici Primi.* 22
*Dyrrachiorum nummi.* 155

E.

*EBroïnus, Chlotarij Tertij Maior domus.* 19
*Eclipsis solaris sub Pharamundo Rege.* 4. *sub Iustiniano Imp.* 25. 26. *in morte Ludouici Pij.* 27
*Enses Marti dicati, pro simulachris culti.* 203
*Epicuri imago in annulis.* 109
*Equi sepulti.* 76.221.222.223. *eorum philantropia.* 220. *luctus in morte dominorum.* 220.221. *phaleræ aureæ, argenteæ, gemmatæ.* 227.228.229.& seq.
*Equus bellator Childerico Regi consepultus.* 39.219. *Bucephalus.* 223. *phaleratus auro, & gemmis.* 230. *eius instructus.* 226.227. *ferrea solea.* 43.224. 225
*Equus Bucephalus Alexādri.* 225. *Triumphalis Honorij Imp.* 227. *Arcadij Imp.* 228. *Pompeij Magni.* 229. *Iuliani Cæsaris, Frederici Imp.* ibid.
*Equisones cum Regibus & Principibus sepulti.* 222. *Childericianus admodum adolescens.* 230. *pumili duo è diptycho S. Lamberti Leodiensis.* 231

F.

*FAustinæ, Antonini Pij coniugis, tres nummi argentei in Childerici Regis conditorio reperti.* 270
*Faustinæ Philosophi, tres in eodem conditorio.* ibid.
*Ferramenta multa in sepulchro Childerici Regis.* 38.39.42.94. 240
*Fibulæ aureæ, & gemmatæ.* 232. *earum honos antiquissimus & Regius.* 232.233.234. *interrasæ.* 233. *Tribunitiæ.* 235. *aureæ concessæ gregarijs militibus ab Aureliano Imp.* ibid. *æreæ raræ, aureæ rarissimæ.* ibid. *omnes thesauri Childericiani auro solido gemmisq; compositæ.* 37.38. 39.46.48.234. 236. 237. *Romanæ, Francicæ.* 238
*Filamenta aurea Paludamēti Childerici Regis.* 38.39.42.94
*Flores caduci, symbola mortalitatis.* 179.180
*Framea proprium Francorum telum.* 216. *in Childerici conditorio reperta.* 217.218.219
*Franci à Germanis orti.* 76. 103. 108

108. 150. 153. 154. 223. 239. 258. 274. *Simulachrorum cultores*. 84. 148. 149. 153. 202. 216
*Francorum Reges antiquiores linguâ Latinâ vsi.* 101. *criniti.* 104. *bubus iunctis trahebantur ad publicos conuentus.* 150. 151 *aurea numismata curiosè asseruabant.* 258
*Francica nobilitas capillata.* 103. 104. 105
*Francica symbola Regum vetustioris æui incomperta hactenus.* 164. *non fuerunt Bufones*. ibid. *non Lunulæ, non Diademata.* 165. *non Lilia.* 165. 166. *non Irides.* 167. *non Spei symbola.* 168. 169. 170. *non hastarum spicula.* 170. 171. *sed Apes aureæ.* 171. 172. 173. & seq.
*Francisca veterum Francorum.* 211. *non fuit bipennis.* 213. 214. 215. *sed simplex securis.* ibid.
*Francisca, seu securis Childerici Regis.* 43. 209. 210. 213. 214
*Franciscus habitus pro Francico.* 211

G.

*GAllieni Imp. nummi duo argentei.* 261
*Garnerus dux, seu VVarnerus de Diuione, fundator Abbatiæ Monialium de Balmis in Burgundiâ.* 58. 59
*Gemmæ in Annulis.* 56. 96. 97. 98. 111. 113. 116. 126. 127. *in pugillaribus.* 195. *gladijs.* 199. 200. 203. *baltheis.* 204. 205. *clypeis.* 206. *equorum phaleris.* 227. 228. 229. *fibulis.* 232. 233. 234. *vestibus.* 240
*Gemmæ Basilidianæ à Macario illustratæ.* 275
*Gemmæ nobiles principibus viris in delicijs.* 240. *ab illis arcebantur plebeiæ, & factitiæ.* 242
*Gemmæ Thesauri Childericiani quæ.* 240. 241. 242
*Gemmæ salutares creditæ, & pro Amuletis gestatæ.* 265. 266. 267. & seq. *inde perforatæ, vel aureo circulo inclusæ.* 269.
*S. Genouefa Parisienses fame periclitantes liberat.* 72. *magni æstimata à Childerico.* 73. 186. 187. 188. 189. *signum Crucis eximiâ pietate colit.* 184. 185. 186. *eius virtute multa miracula operatur.* 185. 186. *Graphiario aureo crucigero Regem Childericum donat.* 184. 188. *ab eodem capitis damnatos liberat.* 186. 187. 188. *idem obtinet à Chlodoueo eius filio.* 189
*Gereon miles & Martyr cum armis sepultus.* 197
*Germania virorum ferax.* 84
*Germani veteres Lunæ præsagia obseruabant.* 150. *& etiam equorum.* 154. *colebantur finitimarum gentium donis.* 258. *argentum magis quàm aurum sequebantur.* 274
*S. Germanus Episcopus Autißiodorensis Genouefam virginẽ Parisiensem Christo peperit.* 184. 185

*Geruli*

*Geruli Annulorum.* 122
*Gladius Childerici Regis.* 34. 46. 199.200.203.*veteranorum ad castra excubantium.* 204.205
*Grafiones qui.* 190. *vnde dicti.* 190.191.192
*Grafium stylus ferreus.*181.*cruentis interdum cædibus adhibitus.* 183.
*Grafiarium Theca eiusdem styli.* 181. *aureum Childerici Regis.* 38.46.181. 182.184

H.

*HAdrianus Cæsar.*272.*eius ex thesauro Childerici Regis nummus argenteus perforatus.* 271.
*Hasta, Regni insigne.* 106. 107. *per eam Reges inuestiebantur.* ibid.
*Hastæ Francorum.*170. *earum spicula non fuerunt symbola Regum antiquiorum.* 171
*Helenæ Augustæ, & inuentæ Crucis monetæ salutares aduersus morbum comitialem.* 270. 278
*Helenæ tres Augustorum & Cæsarum vxores, earumq́ nummi explicati.* 278. 279. 280.281. 282
*Helenæ vicus, vulgò Lens.* 11
*Heliogabalus Imp. Germanici cultus amans.*111.*varias nummorum formas inuenit.* 261
*Heraclij Imp. eiusq́ filij aureum numisma.* 271.277
*Herodes Rex multas opes effert è monumento Dauidis.* 53.54
*Hilda S.Helenæ discipula.* 280
*Honorius Imp.* 55. *eius imago in smaragdo gemmâ.* 56.127
*Hostiliani nummus argenteus.*261
*Hugonis Capeti sigillum.*107.108
*Hunni Childericum Primũ captiuum abducunt.*61. *exscindunt Tongrorum ciuitatem.* ibid. *in Belgium effunduntur.* 62
*Hircanus Pontifex sepulchrum Dauidis aperit.* 53

I.

*ICum E. magna communitas.*99
*Idolum Childerici Regis.* vide *Apis, Bubulum caput.*
*Indiculus quid, sub secundâ Regum Francorum stirpe.* 193
*Irides non fuerunt symbola Regum Francorum antiquiorum.* 167
*Isis Ægyptiorum numen.* 145. *vt expressum.*268. *Gentilibus formidabile.* 275
*Iuliæ Seueri nummus vnus argenteus in Childerici conditorio repertus.* 270
*Iulij Nepotis aureum numisma ex eodem conditorio.*252.254.255

L.

*LAres dij.* 65. *parui.* 147.148. *viales.*66.153. *hostilij.*154
*Largitiones auri & argenti in populum.* 260.261.262
*B. Leodegarius ab Ebroïno interfectus.* 22
*Leonis Imp. Marciano suffecti aurea duo numismata è conditorio Childerici Regis.* 43.252. 253.254.

Leonis Iunioris & Zenonis alterum ex eodem thesauro. ibid.
Lilia, vt nunc sunt, non fuerunt symbola antiquiorum Franciæ Regum. 165. 166. quando vsurpata. 140. 166. 178. 179. quando ad numerum ternarium reducta 180
S. Ludouici Franciæ Regis annulus. 96. modestia in cultu. 111. 112. capitis gestamen. 139
Luna Thraciæ symbolum. 112. magnâ in veneratione apud Germanos veteres. 150
Lunæ crescentes non fuerunt tesseræ Clodouei primi Regis. 165
Lunata cornua. 144. 145

M.

Maioriani pugna cum Clodione. 10. 11. 213
Manubrium gladij Childerici Regis. 38. 46. 199
Marciani Imp. aureum numisma è sepulchro Childerici Regis. 42. 252. 253
Maria, Honorij Imp. coniux. 55. eius thesaurus sepulchralis. 55. 56
Maximilianus Primus Imp. liberalissimus. 46
Medalliæ, Medalliones, Numismata vetera maioris formæ, Italis Medaglioni, Gallis Medallions. 285
Medius locus honoratior. 132. 133
Meroueus, Francorum Rex, Childerici pater 13. 61. Mosellam versùs & Rhenum dominationem extendit. 62. sepelitur barbarico ritu. 81

N.

Narsetes Dux Italiæ, cum magnis diuitijs sepultus. 59
Nero Imp. equos argenteis soleis calceauit. 225. eius nummus argenteus in Childerici Regis conditorio. 270
Numæ sepulchrum casu retectum. 47
Numismata aurea curiosè à priscis Francorum Regibus asseruata. 258. 259. inuenta in sepulchro Childerici Regis. 37. 43. 46. 48. 250. 251. 252. 253. & seq. quid in illis indicent singularia elementa post epigraphen auersæ partis. 264. 265. aurea crucigera Cæsarum Christianorum Indulgentijs muniuit Sixtus V. 282. 283
Nummorum antiquorum cognitio quàm vtilis. 246. 247. 248. 249. gemmis æquiparatur. 269. immò præstant. 270. argentei ex conditorio Childerici Regis. 38. 43. 48. 265. 267. 270. & seq. semunciales ex thesauro Treuirensi. 284. 285. 286. & seq. cur in sepulchris Martyrum. 256. 257. Crucigeri perforati, è collo suspensi. 184. 185. 276. 277. etiam Imperatorum Gentilium. 270. 275. vt factum à Childerico. 274. Augusti & Agrippæ in abacis Antiquariorum sæpè diuisi. 64. pro tesserâ vsurpati, seu lare viali inter amicos absentes. 65. 66. 67. serrati, bigatiq;. 274

O.

OPhites marmor lethargicis & phreneticis opitulatur. 245.
Osiris Ægyptiorum Deus. 145. vt expressus. 268

P.

PArisij à Childerico obsessi. 72
Parthicum metallum. 36
Patriciatus insigne apud Romanos. 133. 134
Pauillea, paruum lilium flaui coloris. 167
Paulus Comes Andegauensis à Childerico occisus. 74
Paulus Tertius P. M. thesaurum sepulchralem Mariæ Honorij sponsæ in sacram fabricam impendit. 57
Pecunia signata, obsignata. 263. 264
Pennum, bis acutum. 208
Persæ fluuios colunt. 202
Petronius Maximus Imperium occupat. 63
Pharamundus Primus Francorum Rex. 4. occupat Belgicam secundam. 5. sepelitur Rhemis. ibid. ritu barbarico. ibid. & 81
Philippus Augustus Francorum Rex, Lilia pro symbolo Scutario primus vsurpat. 146. 166. 179
Philippus Bonus Dux Burgundiæ. 35.
Philippus Pulcher Franciæ Rex. 310. confirmat Præceptũ Chilperici Regis pro Ecclesiâ Tornacensi. 306. 309.
Pila missilia quæ. 219
Pipinus Francorum Rex. 33. Nanus, Paruus, & Breuis appellatus. ibid.
Poppæa Neronis vxor, externo ritu sepulta. 81. soleis aureis iumenta calceauit. 225
Primicerius quis. 130. 131
PTR. & PTRS. in exergo nummorum quid. 263
Pugillares Tabellæ, vnde sic dictæ. 192. earum vsus apud Romanos. ibid. etiam sub primâ Regum Francorũ stirpe. 193. Childerici Regis eburneæ, auro, & gemmis ornatæ. 194. 195
Purpureus color, Regum insigne. 241.
Pyramides in sepulchris. 6
Pyropi masculi, feminæ, amethystizontes. 241. vide Carbunculi.

Q.

QVadorum Reguli mucrones pro Numinibus coluêre. 201. Romanorum pecunijs adiuti. 258

R.

RAgnacarius, Cameraci Rex. 301. à Clodoueo occisus. 215
Rana gemmea pro Amuleto. 267. 268. 269
Referendarij vnde dicti. 119. 122. dignitas Palatina. 119
Regales opes in sepulchris. 58
Regum sedes plures erant, & quæ alijs eminebat, Prima dicebatur. 301. 302. 303.
Richarius, frater Ragnacarij Regis

*Cameraci à Clodoueo occisus.* 215

S.

*Salomon pecuniam multam sepelit cum Dauide patre.* 53
*Samarobrina Ambianorum vrbs, Childerici Regis patria.* 61
*Sauinianus Comes domesticorum Equitum,& Consul ordinarius.* 231.
*Scarabæi gemmis insculpti pro Amuletis.* 266. 267. *culti ab Ægyptijs.*268. *cur à militibus gestati.* ibid.
*Schytæ Acinaci faciunt.* 202
*Secundicerius quis.* 130. 131
*Securis alia simplex, alia duplici acie,quæ & Bipennis dicta.*207. 208.*vtriusque vsus.*ibid.*imagines è columnâ Traiani.* 209. *simplex , ab Hispanis Francisca appellata.* 211.214
*Securis pro bipenni,& contrà, promiscuè apud Scriptores Francos* 211.212.213.214. *& malè.*215.*perperàm spatha Aimoïno dicta.* 212
*Securis Childerici Regis in eius conditorio reperta.*43.210. *fuit simplex securis , seu Francisca.* 209.213.214
*Semispatha, gladius minor.* 212
*Seniores,pro Primoribus & Satrapis.* 104
*Sepeliendi ritus varij apud Germanos, Gentiles , Christianos.* 76.77.78.126.127. 128. 196. 197.198.221. 222.223.
*Sepulchra Germanorum.*76.*Comitum Burgundiæ antiquiorū.*80. *veterum Francorum.*ibid.*antiquiora Regum Francorum non ante quadringentos aut quingentos annos.* 212.266.267
*Serapis,Deus apud Ægyptios.*145
*Sergius Papa fuit binomius.* 25
*Siagrius , Ægidij Romani filius.* 73
Sic, *vocula , in votis atque acclamationibus frequenter vsurpata.* 295. 296. 297. *in nummis etiam expressa.* 298
*Sigebertus Claudus, Coloniæ Rex, Clodouei Primi consanguineus.* 258. 301
*Siggo, Sigeberti Regis Referendarius.* 121
*Sigilla Regum Francorum secundæ stirpis collecta à Peireskio.* 112.*Regum morientium ex eâdem stirpe,non sepulta,non fracta.*129.*summâ in veneratione apud Hispanos.*137.138.*seruata à Comite Palatij absente Cancellario.* ibid.
*Sigillum Castri Duysburg.* 9. *Dagoberti Regis.*101.*Hugonis Capeti.* 107
*Sol in fronte Apis Franciei.* 141. 143.
*Soli boues consecrati in Siciliâ.* 152
*Somnium Guntrami Francorum Regis.*58. *Childerici primâ nocte nuptiarum.* 72
*Spatha, gladius maior.* 212
*Spes pro semine , & pro germine.* 168.169. 170
*Spei Numen vt expressum.* 168

*Spica à ſpe dicta.* 169
*Spina loco fibulæ in vſu apud Germanos.* 239
*Stilico pater Mariæ, ſponſæ Honorij Imp.* 56

T.

*Talentorum tria millia eruta è ſepulchro Dauidis.*53.54. *totidem in ſepulchro Cyri Perſarum Regis.* 55
*Tamburlanus, Orientis Rex, Theſaurum inuentori addicit.* 51
*Taurus Regis quis.* 150
*Theodomeres Francorum Rex, Richomeris & Aſcilæ filius.* 100
*Theodoricus Primus Francorum Rex.* 21. *Abbatiæ Vedaſtenſis Fundator.* 22.*eius Epitaphium expenſum.* ibid.
*Theodoricus Secundus Francorum Rex.*29. *cur clericali habitu repræſentatus.* 30
*Theodoſij Iunioris aurea duo Numiſmata è ſepulchro Childerici Regis.* 251.252
*Theſaurus quid.* 50. *in turri Eccleſiæ Mincianæ repertus.* ibid. *in vico Meſpelariâ, Aloſtum inter & Teneramundam.* 249. 250.*in vico VVomelgem, altero fermè lapide ab Antuerpiâ.* ibid.*Auguſtæ Treuirorum.*284
*Theſauri ſepulchrales.*52. *eos eruendos cenſet Rex Theodoricus apud Caßiodorum.* 51. 52. *inuenti in ſepulchris Dauidis.* 53. 54. *Cyri Perſarum Regis.* 54. 55.*Mariæ, Honorij Imp. coniugis.* 55. 56. *Alarici Gothorum Regis.*57. *Attilæ Regis Hunnorũ.* ibid.*Narſetis Italiæ Ducis.* 59.*illuſtris Franciæ mulieris ſub Childeberto Rege.*59. *in ſepulchris Caroli Magni.* 60. *& Childerici Primi, Francorũ Regis.*60.61.*in montibus altis.*58
*Thoracata effigies quæ.* 110
THCOB. *in exergo nummorum quid.* 263
*Tiara, capitis tegmen Orientalium.*136.*& ſummi Cancellarij apud Francos æuo Caroli Magni.* 137
*Tiberij Conſtantini quinquaginta aurea Numiſmata ſingularum librarum.* 258
*Tiberius Secundus Orientis Imp. Theſaurum ſepulchralem Narſetis in pios vſus diſtribuit.* 59
*Tornacum vrbs ampla.* 37. *à Clodione occupatur.* 62. *totum antiquitus Ciſcaldanum.*85. *vnde ita appellatum.* 86. 87. *meritò ciuitas Regalis dictum.* 299. 300. 301. *Clodionis ſedes Regia.*303. *Childerici etiam, & Chilperici Regum Francorum.* 304
*Traiani Imp. nummi argentei duo in Childerici Regis conditorio reperti.* 270
*Treuiris vaſtata à Childerico.* 73. *Belgicæ Primæ metropolis.* 284
*Tribunalia ſtructa manibus.* 6

V.

*Vagina gladij Childerici Regis.*38.46.199. *eius ornamenta aurea, & gemmata.* 203

Valen-

*Valentiniani Tertij aurea duo numiſmata è ſepulchro Childerici Regis.* 43.251.252
*Vera, Italis annulus ad ſponſalia.* 116
*Veſtes pretioſæ in ſepulchris.* 89. 90.& ſeq. *Regales, Imperiales, Francicæ.* 93.94
*Victoriæ crucigeræ in Numiſmatis aureis theſauri Childericiani.* 251.252.253
*Vituli aurei à Ieroboam fabricati.* 202. *cur in pilâ capulari gladij Childericiani.* ibid.
*Vmbilici aurei in theſauro Childerici Regis.* 39.48.226.227
*Vnci aurei in eodem ſepulchro.* 38

W.

VV*Amba Rex Hiſpaniæ inunctus.* 176
*VVarnerus de Diuione.* vide *Garnerus.*
*VViomadus Francus Childericum ab Hunnis captum liberat.* 61. *apud Thoringos exulantem Regno reſtituit.* 63.64. *mittit ad illum partem diuiſi ſolidi, quam retinuerat ex condicto.* 67. *Barrenſes Regi redeunti honores habere iubet.* 69. *ipſe etiam ad Perum, ſiue Barum caſtrum occurrit.* 71. *Regi fideliſſimus.* 120 *eius Referendarius, ſeu cuſtos Annuli.* 121
*VViſigothorum leges.* 116

X.

X*Enia feſto Iani miſſitari ſolita.* 260.261

Y.

Y*Seren, appendix Municipij Duisburgenſis, in quâ rudera veteris caſtri.* 8

Z.

Z*Enonis & Leonis Imp. aureum Numiſma è theſauro ſepulchrali Childerici Regis.* 252.254. *alterum ſolius Zenonis ex eodem conditorio.* 43. 252.256
*Ziſa Dea.* 80
*Zona, militaris dignitatis inſigne.* 259.260
*Zona pro baltheo.* 206. *pro cingulâ equinâ.* 237
*Zonarium marſupium ex nummo Gallieni.* 261

# INDEX AVCTORVM QVI ANASTASI CHILDERICIANA LAVDANTVR.


A.



BRAHAMVS Ortelius. pag. 263
Abenephius. 143. 158
Adolphus Occo. 258. 262.
Adrianus Lamoralius Villani à Gandauo, Canonicus & Thesaurarius Tornacensis. 39.
Ægidius Bucherius. 43
Ægidius Pattus, Curio & Decanus ad S. Brixium Tornaci. 37. 38. 142. 159
Ægidius, Trazegniaci Marchio, Tornacensis Gubernator. 42
Ælianus. 145. 159. 196. 326. 328. 329
Æneas Vicus. 269
Agathias. 170. 213. 216. 234. 324
Aimoinus. 6. 58. 68. 70. 72. 101. 102. 106. 118. 120. 121. 133. 211. 212
Albericus. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. 32. 133. 280
Albertus Rubenius. 49
Alexander ab Alexandro. 52. 222
Alexander Monfortius. 323
Alexander Wilthemius. 68. 285
Alphonsus Ciaconus. 205
D. Ambrosius. 90. 162. 329
Ammianus Marcellinus. 84. 85. 132. 201. 203. 229. 273. 284. 291. 292. 293. 294
Andreas Cæsalpinus. 126. 245
Andreas Chesneus. 18. 166
Andreas Mangellus, Pronuntius Apostolicus. 48
Anglo-Saxonicum Chronicon M. S. 17
Angradus, Auctor Vitæ S. Ansberti. 122
Annales Francorum Fuldenses. 110. 111.
Tilliani. 33
Anselmus Boëtius. 241. 244
Antonius Augustinus. 168
Antonius Bosius. 56. 127. 128. 256. 257
Apollonius. 207
Apuleius. 168. 229
Archelaus. 157
Aringus. *vide* Paulus.

Ariſtocles. 145
Ariſtoteles. 116.146. 161. 162. 173.326
Arnobius. 153.202
Artemidorus. 175.259
Athanaſius Kircherus.143.157. 158. 159
Aubertus. *vide* Dauid.
Aubertus Miræus. 250
Auerbodiẽſis Monaſterij chartæ. 7
D.Auguſtinus. 177
Aurelius Victor. 273

B.

BAldericus. 11.302.304.305
Balduinus de Auennis.310
Baptiſta Mantuanus. 328
Barberinus. *vide* Franciſcus.
Bargibantius.*vide* Ioannes.
Baronius. 72.92.187.254.280
Belleforeſtius. 24.69
Bembina Tabula. 143.145
de Berlo. *vide* Ioannes.
de Bie. *vide* Helias.
Bollandus. *vide* Ioannes.
Bonifacius VIII. P. M. 111
Boſius. *vide* Antonius, Thomas.
Brooman. *vide* Carolus.
Browerus. *vide* Chriſtophorus.
Bucherius. *vide* Ægidius.
Budæus. 137

C.

CAlphurnius. 243
Candidus Iſaurus. 255
Capitolinus. 110.175.191.272
Capitularia Caroli Calui. 138
Carolus Brooman, ciuis Bruxellenſis. 64
Carolus Paſchalius. 136
Caſperius Geuartius. 49. 169. 282
Caſſiodorus. 51.119.132.135
Cato Cenſorinus. 70
Cedrenus. 262
Ceriſerius. *vide* Renatus.
Chifletius. *vide* Claudius, Ioannes, Philippus.
Chriſtophorus Binsfeltius, Regius apud Luxemburgenſes Senator. 289
Chriſtophorus Browerus. 23. 62.107
Cicero. 43.109.146.264
Claudianus. 103. 144. 161. 192. 205. 227. 230. 237.240.241. 243.244.325.
Claudius Chifletius. 246
Claudius Fauchetus. 167. 178. 303
Clemangius. 79
Clemens Alexandrinus.82.202
Cluuerius. 149
Codinus Curopalates.130.136. 262
Cœlius Rhodiginus. 97. 116. 292
Columella. 48.159.161
Corippus Africanus. 134. 206. 234.240.295.317
Curtius. 54. 108. 122.123.196

D.

DAlechampius. 66
Dauid Aubertus, Philippi Boni Burgundiæ Ducis Aulicus Scriba. 2

Didy-

Didymus. 326
Dion Cassius. 118.272
Doubletus. 190

E.

ECclesiasticus. 159
Eginarthus. 133. 138. 150. 200. 234
Egolismensis Monachus. 60. 94
Ennius. 116
Erchambertus. 19.30
Esther. 117
Eumenius Rhetor. 293.295
Eusebius. 189.279.287
Eutropius. 287

F.

FAbius. *vide* Nicasius.
Faustus, Auctor Vitę sancti Mauri. 106.121
Festus Pompeius. 154.192
Flodoardus. 211
Florus. 212
Fortunatus Pictauiensis. 100. 119.
Fortunius Licetus. 116.118
Franciscus Barberinus, S. R.E. Cardinalis. 35.128
Franciscus Villani à Gandauo, Episcopus Tornacensis. 39. 299.
Franco, Episcopus Cœnomanensis. 139
Fredegarius. 19. 20. 29.59.61. 68.72. 120. 193. 214. 300. 304
Frigebodus, Auctor Vitæ sancti Audoëni. 121

G.

GAbriel Naudæus. 41
Galenus. 156.157.266
Gellius. 114.159
Genealogi, Metensis & Niuellensis. 33
Genealogia vetus M.S. Palatij Bruxellensis. 23.81.82
Genesis. 117
Geoponicarum præceptionum Auctor. 157
Gesta Regum Francorum. 6. 13.120.194.215
Geuartius. *vide* Casperius.
Glossarium vetus. 70.206
Glossarium Philoxeni. 208
Glossæ Basilicæ. 213
Godefridus Henschenius. 7.62
Godefridus Wendelinus, Canonicus & Officialis Tornacensis. 4.6.7.25.40.41.42.80. 85. 88. 98.104.150.190.257
Goropius Becanus. 145
Gregorius Turonensis. 6.9.14. 15.16.59.63.67.71.76.84.93. 100. 101. 103. 104.105.106. 120. 121. 148. 151. 177.193. 214. 258. 262. 300.301.302. 304.305.311.313.
Guido Basochius. 33
Guillelmus Britto. 303
Guillelmus Nangiacus. 166
Guntherus Ligurinus. 229.302

H.

HAdrianus Iunius. 16.103
Hadrianus Valesius. 100
Helias de Bie. 49
Hemelarius. *vide* Ioannes.

Henſchenius. *vide* Godefridus.
Herimannus, Abbas S. Martini Tornaci. 309
Hermannus Hugo. 221
Herodianus. 111.176.233.260
Herodotus. 145.222
Herricus, Auctor Vitæ S. Germani. 135
D. Hieronymus. 90.202.289
Hieronymus Aleander. 152
Hieronymus Zurita. 65
Hincmarus. 138
Homerus. 234
Homeri Scholiaſtes. 51.151
Horatius. 144.148.181.225
Horus. 162.268
Hubertus Goltzius. 263.281

I.

IAcobus Gordonus. 75
Iacobus Gutherius. 275
Ioannes Auentinus, Germanus. 70.102
Ioannes Baptiſta Stratius, Decanus Eccleſiæ Cathedralis Tornacenſis. 39
Ioannes Bargibantius, primarius Tornacenſis Conſiliarius. 23.40
Ioannes de Berlo, Ædituus S. Brixij Tornaci. 38
Ioannes Cognatus. 311
Ioannes Chifletius, Io. Iac. filius, Canonicus Tornacenſis. 40. 42. 43.44.47.48.217. 219.220.237.259.270
S. Ioannes Chryſoſtomus. 222. 275
Ioannes Hemelarius. 248.291
Ioannes Henricus Bergerotius. 285
Ioannes Iperius, Abbas S. Bertini. 30.113
Ioannes Macarius. 127.175.288
Ioannes Mariana. 137
Ioannes Rhodius. 234. 235. 238
Ioannes de Schinkelle. 49
Ioannes Smithius. 62.238
Ioannes Triſtanus. 280.298
Ioannes Voſſius. 285
Iornandes. 57
Ioſephus. 53.117.200
Ioſephus Scaliger. 62
Iſidorus. 116.181.211.221.237. 292.325.327
Itinerarium Antonini. 12
Iulianus Imp. 233.291
Iulianus, Toleti Epiſcopus. 176
Iulius Cæſar. 223
Iulius Firmicus. 289
Iulius Pollux. 115.162.200
Iulius Scaliger. 238
Iuſtinus. 107.239
Iuuenalis. 16.97.147.294

K.

KIrcherus. *vide* Athanaſius.

L.

LActantius. 91.142.153.175
Laërtius. 65.268
Lampridius. 180.260.261
Laurentius Pignorius. 135.266
Laurentius Surius. 55.95.183
Licetus. *vide* Fortunius.
Lucanus. 199
Lucifer Calaritanus. 291

Luctatius vetus interpres Statij. 232
Ludouicus Marchio Matthæi, Serenissimi Archiducis Leopoldi Nobilis Cubicularius. 44
Ludouicus Sauottus. 270

M.

MAchabæorum liber. 232
Macrobius. 13.115
Mangellus. *vide* Andreas.
Manlius. 143
Marchantius. 85
Marcus Wulsonus. 134
Martialis. 16.181.192.196
Martinus Martinius, è Societate Iesv redux è Sinarum Regno. 48
Matthæi Marchio. *vide* Ludouicus.
Menander. 153
Metelli Quirinalia. 233
Metensis Historicus. 25.27
Minutius Felix. 77
Mornacius I. C. 50
Moschopulus. 200

N.

NAtalis Comes. 146
Nicander. 165
Nicasius Fabius, Canonicus Tornacensis. 88
Nicasius Rogers, Ædituus sancti Brixij Tornaci. 38
Nicephorus Callistus. 253.255. 256.279
Nicolaus Gillius. 165
Nicolaus Trigautius. 49
Nithardus. 301
Nonius Marcellus. 208. 280. 324

O.

OLiuarius Vredius. 69.190
Oppianus. 160
Optatus Mileuitanus. 142
Otho Frisingensis. 107
Otho Zylius. 49.277.294
Ouidius. 82.104.109.140.144. 145.155.169.179.192.201. 207.228.233.288.296.325.

P.

PApinianus I. C. 89
Papirius Massonus. 63.305
Paterculus. 288
Pattus. *vide* Ægidius.
Paulus Æmylius. 30.31.125. 165
Paulus Aringus. 56.91.257.276
Paulus Diaconus. 31.59
D. Paulus, Gentium Apostolus. 153
Paulus Iureconsultus. 50
Paulus Petauius. 100.129.130
Paulinus Nolanus. 82.95.170
Pausanias. 152
Persius. 148
Petrus Gassendus. 41.212.166
Petronius. 160.260
Phædrus. 52
Philippus Beroaldus. 299
Philippus Chifletius, Abbas Balernensis. 64
Philippus Winghius. 279
Philostratus. 16
Pierius Valerianus. 292.293
Plautus. 32.82.147.153.264

Plinius. 6. 47. 66. 97.109.110. 113.114. 115. 123. 126. 142. 143.145. 156. 157. 160.162. 166. 169. 170. 173.174.175. 176. 179. 180. 208.220.225. 229.240.241.242. 244.259. 265.269.274.292.295. 324
Plinius Iunior. 36.90.126.192. 220
Plotinus. 325
Plutarchus. 109.183.225.229
Pomponius Iureconſultus.269 270
Pomponius Mela. 203
Porphyrius. 142.268
Priſcus. 117
Procopius. 126.195.206.241
Proſper Aquitanus. 6. 13. 251. 287
Prudentius. 183.206

R.

Regino Prumienſis. 59.136
Renatus Ceriſerius. 171
S.Reoli Priuilegium de Fundatione Orbaci. 25
B.Rhenanus. 46
Rhodius. *vide* Ioannes.
Richerius, monachus Senonienſis. 136
Riolanus. 115
Robertus Guaguinus. 164
Rodericus Toletanus. 137.176
Rogers. *vide* Nicaſius.
Rorico.13. 61. 73. 75. 85. 107. 149.200.214.245.300. 302
Rubenius. *vide* Albertus.
Rudolphus, Abbas S. Trudonis. 95.197
Ruffinus. 153

S.

Salazar Mendoçanus. 137
Salicæ Leges. 77. 104.150
Saluianus Maſſilienſis. 83. 312
Sangallenſis monachus. 106. 131
Saxo Grammaticus. 222.223
Scaliger. *vide* Ioſephus, Iulius.
Scaurus. 70
Scæuola Iureconſultus. 89
de Schinkelle. *vide* Ioannes.
Sebaſtianus Erizzo. 257
Seneca Philoſophus. 109. 113. 114. 146. 161. 183. 198. 246. 324.330
Seneca Tragicus. 176.201
Seruius, Virgilij interpres. 5.58. 90.198. 215.222
Sidonius Apollinaris. 10.11.62. 67.75.76.84.85.94.104. 105. 213.219.229
Sigebertus. 14. 20. 21.28.33.58. 73.74.111.303
Silius Italicus.39.113.208. 219. 220.228.327
Sirmondus. 100
Sixtus V.P.M. 282
Solinus. 84.203
Sophocles. 234
Sozomenus. 91.279
Spartianus. 213. 223. 233. 259. 272
Spelmannus. 70
Statius. 196. 201. 228. 232
Strabo. 225. 327
Stratius. *vide* Io. Baptiſta.
Suetonius. 65. 91. 98. 109. 115. 122.183.203.221.259.288

Sui-

Suidas. 122.130.253
Symmachus. 127.195.295

T.

TAcitus. 76. 80. 81. 84. 94. 102. 103. 108. 146. 149. 150. 153. 154. 191. 196. 200. 216.258.274.327.
Terentius. 116
Tertullianus. 82.142.324
Theganus. 106.200
Thomas Bosius. 277.282
Thucydides. 197
Thucydidis interpres. 108
Tibullus. 148. 169.295
Tilletus. 180
Titus Liuius. 123.163.292
Trazegniaci Marchio. *vide* Ægidius.
Trebellius Pollio. 233.239.242 261.275.291.296
Trigautius. *vide* Nicolaus.
Tristanus. *vide* Ioannes.
Trithemius. 72
Turpinus Rhemensis. 34

V.

VAlerius Flaccus. 133. 170. 201.203.208.
Valerius Maximus. 122
Varro. 99.169.206
Vegetius. 153.212.219
Villani de Gandauo. *vide* Adrianus, Franciscus.
Virgilius. 16. 32. 137. 147. 156. 160. 161. 162. 168. 173. 174. 175. 179. 196. 198. 199. 205. 207.208. 219. 220. 221. 228. 233.238.281. 297.324
Vlpianus. 89
Vopiscus. 235.297

W.

VVEndelinus. *vide* Godefridus.
Willelmus Malmesburiensis. 133
Wilthemius. *vide* Alexander.
Winghius. *vide* Philippus.
Wulsonius. *vide* Marcus.

X.

XEnophon. 329
Xiphilinus. 118. 220. 225

Z.

ZAchalias Babylonius, vetus Auctor à Plinio laudatus. 25
Zacharias Papa, idem ac Sergius. 25
Zylius. *vide* Otho.

FINIS.



